MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

LEGVM SECTIO III CONCILIA

TOMVS I

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXXIII

MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

LEGVM SECTIO III CONCILIA

TOMVS I

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXXIII

CONCILIA

60378

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

TOMVS I

CONCILIA AEVI MEROVINGICI

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXXIII

Typis Caroli Gerold filii Vindobonae.

CONCILIA

AEVI MEROVINGICI

RECENSVIT

FRIDERICVS MAASSEN

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXXIII

Ante hos tredecim annos cum susciperem, quae nunc prodit, aevi Merovingici conciliorum instituere editionem, non providisse me fateor fore, ut tantum temporis ad opus perficiendum insumerem. Nempe illam partem laboris, quae in investigandis codicibus manu scriptis ad opus instruendum necessariis constitit, iam tum absolveram, cum collectiones canonum antiquas in libro meo de fontibus iuris canonici descripturus fui. At quatuor annis circumactis, cum plurimi codices collati erant, infirmitate oculorum prohibitus sum opus continuare. Itaque coactus sum aut virum eruditum, qui communiter mecum conciliis operam daret, mihi adiungere aut ab opere suscepto desistere. Fine anni 1885. Georgio Waitzio b. m. intercedente Woldemarum Lippertum Saxonem, virum doctissimum, in societatem operis adsumpsi. Qui tamen iam anno peracto magistri publici munus suscepturus in patriam rediit. Qui ei successit, Fridericus Stoeberus Vindobonensis, vir non minore sagacitate atque scientia praeditus, iam post tres menses gravi morbo implicitus ob valetudinem restituendam coelum sibi salubrius petiit. Ne hoc quidem tempore communi labore intermisso iuvenis mihi carissimus mense Augusto anni 1888, id quod summo

opere doleo, morte abreptus est. Tandem exeunte anno 1888. mihi contigit, ut eum virum reperirem, qui potestatem mihi fecit operis ad finem perducendi. Bertoldus enim Bretholzius, iuvenis et moribus et ingenio praestantissimus, maxima cum diligentia atque adsiduitate operam suam mihi navavit. Cui librum nunc emissurus libentissimo animo summas gratias refero. Denique ceterorum, qui aliqua ex parte me adiuverunt, sive codicibus inspiciendis vel relegendis, sive auxilium praebendo in re grammatica et philologica, grato animo reminiscor.

Scribebam Vindobonae kal. Decemb. 1892.

F. Maassen.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR

	Pag.
Prooemium	*XI*
Concilium Aurelianense a. 511	*1*
Concilium Epaonense a. 517	*15*
Concilium Lugdunense a. 516—523	*31*
Concilium Arelatense a. 524	*35*
Concilium Carpentoratense a. 527	*40*
Concilium Arausicanum a. 529	*44*
Concilium Vasense a. 529	*55*
Concilium Valentinum c. a. 529	*59*
Concilium Massiliense a. 533	*60*
Concilium Aurelianense a. 533	*61*
Concilium Arvernense a. 535	*65*
Concilium Aurelianense a. 538	*72*
Concilium Aurelianense a. 541	*86*
Concilium Aurelianense a. 549	*99*
Concilium Aspasii episcopi metropolitani Elusani a. 551	*113*
Concilium Parisiense a. 552	*115*
Concilium Arelatense a. 554	*118*
Concilium Santonense a. 561—567	*120*
Concilium Turonense a. 567	*121*
Epistula episcoporum provinciae Turonensis ad plebem c. a. 567	*136*
Concilium Lugdunense a. 567. aut 570	*139*
Concilium Parisiense a. 556—573	*141*
Concilium Parisiense a. 573	*146*
Concilium Parisiense a. 577	*151*
Concilium Cabilonense a. 579	*151*
Concilium Brennacense a. 580	*152*
Concilium Lugdunense a. 581	*153*
Concilium Lugdunense a. 583	*153*
Concilium Matisconense a. 583	*155*
Concilium Valentinum a. 585	*162*
Concilium Matisconense a. 585	*163*

Pag.

Concilium a rege Guntramno indictum in a. 588 174
Concilium incerti loci a. 589 174
Concilium Sauriciacense a. 589 175
Concilium Pictaviense a. 590 175
Concilium Mettense a. 590 176
Concilium 'in confinio termini Arverni, Gabalitani atque Ruteni' habitum a. 590 . . . 177
Concilium Arvernense a. 584—591 177
Concilium Cabilonense a. 602 178
Concilium Autissiodorense c. a. 573 — c. a. 603 178
Concilium Senonense a. 594—614 184
Concilium Parisiense a. 614 185
Concilium incerti loci post a. 614 193
Concilium Clippiacense a. 626. aut 627 196
Concilium sub Sonnatio episcopo Remensi habitum a. 627—630 202
Concilium Matisconense a. 613—628 206
Concilium Clippiacense a. 636 207
Concilium Aurelianense a. 639—641 207
Concilium Cabilonense a. 639—654 208
Concilium Burdegalense a. 663—675 215
Concilium Latunense a. 673—675 217
Concilium Leudegarii episcopi Augustodunensis a. 663—680 220
Concilium sub Theuderico rege in 'quadam villa regia' celebratum c. a. 680 222
Concilium Maslacense a. 679—680 222
Concilium Autissiodorense a. 695 223
Index nominum 225
Index rerum 237
Orthographica 249
Lexica et grammatica 261

PROOEMIUM.

Concilia in regno Francorum aetate regum Merovingicorum habita incipiunt ab Aurelianensi a. 511. et finiuntur cum Autissiodorensi a. 695. Quibus ad fidem codicum manu scriptorum nunc denuo edendis etiam illa ad hoc aevum pertinentia concilia inseruimus, quae celebrata sunt in regno Burgundico in eaque parte Galliae, quae sub dicione Gothorum fuit, antequam hae terrae cum regno Francorum coniunctae sunt. Quod faciendum nobis esse putavimus ob proximam cognationem, quae inter haec et concilia Merovingica locum habet. Sunt autem haec: concilium Epaonense a. 517. et Lugdunense a. 516—523. in regno Burgundico celebrata nec non Arelatense a. 524, Carpentoratense a. 527, Vasense a. 529, Arausicanum a. 529, Massiliense a. 533, quae ad regnum Gothorum pertinent. Non omnium quidem huius aevi conciliorum acta nobis servata sunt; complurium notitiam eamque saepissime mediocrem solis scriptoribus illius temporis debemus. Quorum vero conciliorum acta supersunt, cuncta fere antiquis illis iuris canonici collectionibus, in quibus monumenta singula forma integra servata aliud ab alio excipiuntur quasque ab historico, quem sequuntur, ordine nominamus, ad tempora nostra pervenerunt. Collectiones, quas dicunt systematicas, in quibus singula capitula secundum uniuscuiusque vim atque argumentum in modum artis disposita inveniuntur, omnes a magnis illis, quos diximus, conciliorum libris descenderunt. Hac igitur de causa nec minus, quod auctores harum collectionum non semel et demendis et addendis et mutandis verbis textum vitiaverunt, eas reliquimus. Tribus tantum aut quatuor locis collectionibus prioris ordinis iam deficientibus collectionem a codice quodam Andegavensi nominatam, utpote quae inter systematici, quem dicunt, ordinis collectiones Gallicas antiquissima esse videatur, adhibuimus. Quoniam collectiones canonum antiquas in libro nostro 'Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts im Abendlande bis zum Ausgange des Mittelalters I.' descripsimus et in eodem libro de earum fontibus, patria, aetate, cognatione, quae inter singulas exstat, tractavimus, de his rebus agere hic supersedemus.

Iam locuturi de editionis nostrae subsidiis collectiones antiquas, quarum exemplis manu scriptis usi sumus, iisdem nominibus appellabimus, quae iis in libro, quem diximus, attribuimus.

I. Collectio codicis Corbeiensis (Maassen, Quellen etc. p. 556 sq.).

Cod. Paris. Lat. 12097 (Corb. 26, Sangerm. 936), nobis C, membr. in fol. min., fol. 1—232 saec. VI—VII, manibus diversis litteris modo uncialibus, modo semiuncialibus, quae passim cursivis, quas dicunt, cedunt, exaratus. Descripsimus hunc librum in 'Bibliotheca Latina iuris canonici' Sitzungsberichte der ph.-hist. Classe der Wiener kais. Akad. LIV, p. 268. Insunt huic codici: fol. 139′ concilium Arvernense a. 535; fol. 159′ concilium Vasense a. 529; fol. 163 concilium Parisiense a. 573; fol. 171 concilium Aurelianense a. 549; fol. 197 concilium Aurelianense a. 511; fol. 209 concilium Epaonense a. 517; fol. 221 concilium Aurelianense a. 538. inde a verbis 'nisi praecium' canonis XIV (XIII).

II. Collectio codicis Coloniensis (l. c. p. 574 sq.).

Cod. Colon. 212 App. IV (Darmstad. 2326), nobis K, membr. in quarto mai., fol. I. II. et 1—170 saec. VII. (Maassen, Quellen §. 670, Jaffé et Wattenbach, Ecclesiae metropolitanae Coloniensis codices p. 93.) Hoc libro tradita sunt: fol. 37 concilium Aurelianense a. 511; fol. 51 concilium Epaonense a. 517; fol. 60 concilium Arelatense a. 524; fol. 61 concilium Carpentoratense a. 527; fol. 61′ concilium Vasense a. 529; fol. 87 concilium Aurelianense a. 538; fol. 94 concilium Aurelianense a. 541; fol. 100′ concilium Lugdunense a. 516—523; fol. 102 concilium Arausicanum a. 529; fol. 115′ concilium Aurelianense a. 549; fol. 130′ concilium Massiliense a. 533.

III. Collectio codicis Albigensis (l. c. p. 592 sq.).

1. Cod. Albig. 2 *(ex libris venerabilis capituli ecclesiae Albigensis)*, nobis I, membr. in fol., fol. 1—183 post annum 1864. signata saec. IX. ('Bibl. Lat.' Sitzungsb. LIV, p. 157.) Insunt: fol. 103 concilium Arelatense a. 524; fol. 104 concilium Aurelianense a. 541; fol. 128 concilium Aurelianense a. 538; fol. 135′ concilium Aurelianense a. 549; fol. 177′ concilium Epaonense a. 517; fol. 181 concilium Burdegalense a. 663—675; fol. 182 concilium Latunense a. 673—675.

2. Cod. Tolos. 364, olim I 63 *(ex bibliotheca PP. Augustinorum conventus Tolosae)*, nobis T, membr. in fol., fol. 1—107 saec. VIII—IX. secundum Schulte, 'Iter Gallicum' (Sitzungsb. LIX, p. 422, n. XCVIII), saec. IX. secundum quod Pontius v. cl., tum praefectus bibliothecae Tolosanae, in litteris ad nos anno 1866. scriptis iudicavit. In principio et in fine aliquot plagulae desunt. Quo in codice continentur: fol. 74′ concilium Arelatense a. 524; fol. 75′ concilium Aurelianense a. 541; fol. 94′ concilium Aurelianense a. 538; fol. 101 concilium Aurelianense a. 549. — Codicem, quem ipsi non vidimus, E. Molinierius v. cl. contulit.

IV. Collectio codicis Laureshamensis (l. c. p. 585 sq.).

Cod. Vatic. Palat. 574, nobis N, membr. in quarto min., fol. 1—151 saec. IX, usque ad f. 147 una manu litteris Merovingicis exaratus. ('Bibl. Lat.' Sitzungsb. LIII, p. 402; Reifferscheid, 'Die röm. Bibliotheken' Sitzungsb. LVI, p. 493.) Insunt: fol. 35′ concilium Arausicanum a. 529; fol. 49 concilium Aurelianense a. 511 (excerpta); fol. 51′ concilium Epaonense a. 517; fol. 55′ concilium Arelatense a. 524; fol. 57 concilium Carpentoratense a. 527; fol. 57′ concilium Vasense a. 529; fol. 64 concilium Arvernense a. 535; fol. 66′ concilium Aurelianense a. 538; fol. 75′ concilium Aurelianense a. 541; fol. 90′ concilium Aurelianense a. 549.

V. Collectio codicis S. Mauri (l. c. p. 613 sq.).

1. Cod. Paris. Lat. 1451 (fuit Nicolai Fabri, Colb. 1868), nobis F, membr. in fol. min., fol. 1—108 saec. IX. ('Bibl. Lat.' Sitzungsb. LIV, p. 173); fol. 1′ scripsit manus s. XV: *Iste liber est sc̄i pet. Fossatēn.* Insunt: fol. 76 concilium Aurelianense a. 511; fol. 85′ concilium Arvernense a. 535; fol. 87 concilium Aurelianense a. 549; fol. 90 concilium Epaonense a. 517; fol. 92 concilium Arausicanum a. 529.

2. Cod. Vatic. Reg. 1127, nobis V, membr. in fol. max., fol. 1—165 saec. IX—X. Hic codex idem est, quem Sirmondus Engolismensem Tilianum denominavit. Concordat cum codice Paris. Lat. 1451, aliquibus additamentis demptis, de quibus cf. Duchesne, Liber pontificalis pag. L sq., ubi libri prior pars accurate est descripta. Qui codex in iis, quae continet, huius collectionis exemplo Parisiensi aliquanto vetustiori simillimus est, qua re hunc librum una epistula synodi Arvernensis a. 535. hab. ad regem Theudericum excepta, quae hac sola collectione tradita est, non adhibuimus. Collectioni principali adiuncta est inde a fol. 152′ appendix, in qua praeter alia huc non pertinentia reperiuntur: fol. 155 concilium Autissiodorense a. 573—603; fol. 156′ concilium Cabilonense a. 639—654, quae a nobis collata sunt.

VI. Collectio codicis Pithoeani (l. c. p. 604 sq.).

Cod. Paris. Lat. 1564 (Colb. 1863), nobis P, membr. in fol., fol. 1—136 saec. IX. ('Bibl. Lat.' Sitzungsb. LIV, p. 200.) Continentur in hoc codice: fol. 9′ concilium Arvernense a. 535; fol. 26′ concilium Epaonense a. 517; fol. 29′ concilium Arelatense a. 524; fol. 55′ concilium Aurelianense a. 511; fol. 58 concilium Aurelianense a. 538.

VII. Collectio codicis Lugdunensis (l. c. p. 775 sq.).

1. Cod. Phillippsii 1745, nunc Berol. (Jes. 569, Meerm. 578), nobis L, membr. in quarto mai., fol. 1—119 saec. VII—VIII. Hunc codicem eundem esse, qui a Sirmondo in edendis conciliis Gallicis et iis, quae Sirmondianae vocantur, XVIII constitutionibus adhibitus et ab eo Lugdunensis appellatus est, demonstravimus 'Bibl. Lat.' Sitzungsb. LVI, p. 173, ubi codicem descripsimus secundum Haenel, Constitutiones Sirmondi p. 413 sq. Cui descriptioni addendum est Haenelium, sicut iam putavimus, in eo errasse, quod dicit, concilia Valentinum a. 374, Vasense a. 442, Arelatense ante a. 506. hab., Arvernense a. 535. in hoc codice subscriptionibus ornata esse, cum re vera desiderentur. Ceterum vide nunc accuratam descriptionem codicis in 'Die lateinischen Meerman-Handschriften des Sir Thomas Phillipps in der kgl. Bibliothek zu Berlin, beschrieben von Valentin Rose'. 1892, p. 167 sq.[1]. Insunt huic libro: fol. 25′ concilium Aurelianense a. 511; fol. 30′ concilium Epaonense a. 517; fol. 37 concilium Arelatense a. 524; fol. 39′ concilium Carpentoratense a. 527; fol. 44 concilium Arausicanum a. 529; fol. 52′ concilium Arvernense a. 535; fol. 56 concilium Aurelianense a. 538; fol. 68 concilium Aurelianense a. 549; fol. 82 concilium Vasense a. 529; fol. 85′ concilium Arelatense a. 554; fol. 97 concilium Matisconense a. 583.

2. Cod. Paris. Lat. 1452 (Colb. 449), nobis Y, membr. in fol., fol. 1—202 saec. X. ('Bibl. Lat.' Sitzungsb. LIV, p. 184.) Continet eadem editionis nostrae concilia, quae codex vetustior. A nobis nisi ad constituendum textum concilii Arelatensis a. 554. (fol. 182′) adhibitus non est.

---

[1]) Codex in bibl. Berol. nunc signatus est 83. Catalogus, quem supra nominavimus, prodiit, postquam dempto prooemio editio nostra typis iam exscripta fuit.

VIII. Collectio codicis Burgundici (l. c. p. 636 sq.).

Cod. Burgund. 8780—8793, nobis M, membr. in octavo, fol. 1—129 saec. IX. diversis manibus exaratus. Concilia Gallica in hac collectione plerumque non integra sed abbreviata scripta sunt. ('Bibl. Lat.' Sitzungsb. LVI, p. 192.) Insunt huic libro: fol. 8 concilii Turonensis a. 567. cc. 3. 4. 6. 8. 11; fol. 9 concilium Autissiodorense a. 573—603. omissis subscriptionibus; fol. 14′ concilii Lugdunensis a. 583. c. 5; fol. 15′ concilii Matisconensis a. 583. cc. 6. 7. 8. 3. 5; fol. 16 concilii Aurelianensis a. 511. cc. 1—3. 8. 9. 25. 26. 29—31; fol. 18′ concilii Epaonensis a. 517. cc. 22. 12. 13. 9. 4; fol. 32′ concilium Arvernense a. 535. omissis subscriptionibus.

IX. Collectio codicis Diessensis (l. c. p. 624 sq.).

Cod. Monac. Lat. 5508 (Diess. 8), nobis D, membr. in fol., fol. 1—213 saec. IX. (Maassen, Quellen §. 692.) Insunt huic libro: fol. 44′ concilium Epaonense a. 517; fol. 94 concilium Vasense a. 529; fol. 102′ concilium Aspasii episcopi metropolitani Elusani a. 551; fol. 103 concilium Parisiense a. 614; fol. 106 concilium Clippiacense a. 626. aut 627.

X. Collectio codicis Remensis.

Descripsimus hanc collectionem, quam illis temporibus oculis nostris nondum videramus, ope eorum, quae Sirmondus tam in praefatione in concilia Galliae disseruit, quam disperse in notis (pag. 593 sq.) adnotavit, in 'Quellen' pag. 638 sq. Cf. nunc 'Die lateinischen Meerman-Handschriften der kgl. Bibliothek zu Berlin' p. 171 sq., ubi codex accuratissime descriptus est.

Cod. Phillippsi 1743, nunc Berol.[1] (olim Jes. 561, Meerm. 576), nobis R, membr. in fol., fol. 1—301 saec. VIII—IX. Insunt huic codici: fol. 122′ concilium Aurelianense a. 511; fol. 126 concilium Epaonense a. 517; fol. 131 concilium Lugdunense a. 516—523; fol. 132′ concilium Arelatense a. 524; fol. 133′ concilium Vasense a. 529; fol. 135 concilium Carpentoratense a. 527; fol. 136′ concilium Arausicanum a. 529; fol. 143 concilium Aurelianense a. 538; fol. 149 concilium Aurelianense a. 541; fol. 154 concilium Aurelianense a. 549; fol. 159 iterum concilii Aurelianensis a. 511. cc. 1—11 et subscriptiones; fol. 298 concilium Parisiense a. 614; fol. 300′ concilium incerti loci post a. 614. hab.

XI. Collectio codicis S. Amandi (l. c. p. 780 sq.).[2]

1. Cod. Berol. 435 (Hamilton 132), nobis H, membr. in fol. maior., fol. 1—260 partim, in hac scil. collectione, saec. VIII, partim saec. IX. (Hinschius, 'Die kan. Hss. der Hamilton'schen Sammlung', Ztschr. f. Kirchengesch. VI, p. 193 sq.) In hoc codice collectio Dionysio-Hadriana cum nostra collectione consilio coniuncta est, cf. Hinschius l. c. 234 sq. Continentur in hoc codice: fol. 131′ concilium Arelatense a. 524; fol. 133 concilium Carpentoratense a. 527; fol. 133′ concilium Arausicanum a. 529; fol. 139 concilium Aurelianense a. 511; fol. 140′ concilium Aurelianense a. 538; fol. 143′ concilium Au-

---

[1]) Codex in bibl. Berol. nunc signatur 84.

[2]) Denominavimus hanc collectionem a codice Paris. Lat. 3846, olim S. Amandi, quippe qui illo tempore codicem nunc Berol., tunc Hamilton, nondum cognosceremus.

relianense a. 541; fol. 146 concilium Aurelianense a. 549; fol. 149′ concilium Aurelianense a. 533; fol. 156′ concilium Vasense a. 529; fol. 157 concilium Epaonense a. 517; fol. 160 concilium Turonense a. 567; fol. 165 concilium Matisconense a. 583; fol. 166′ concilium Matisconense a. 585; fol. 171 concilium Parisiense a. 556—573; fol. 172 concilium Parisiense a. 552; fol. 172′ concilium Autissiodorense a. 573—603; fol. 173′ concilium Cabilonense a. 639—654.

2. Cod. Paris. Lat. 3846 (olim Teller. Remensis 262), nobis A, membr. in fol. mai., fol. 1—266 saec. IX. ('Bibl. Lat.' Sitzungsb. LIV, p. 233); fol. 1 scriptum est a manu saec. XV: *Pertinet monasterio sci Amandi in pabula ordinis sci Benedicti Tornacensis dyocesis.* Insunt eadem concilia, quae in codice vetustiore: fol. 138′ concilium Arelatense a. 524; fol. 140 concilium Carpentoratense a. 527; fol. 141 concilium Arausicanum a. 529; fol. 146 concilium Aurelianense a. 511; fol. 147′ concilium Aurelianense a. 538; fol. 150′ concilium Aurelianense a. 541; fol. 152′ concilium Aurelianense a. 549; fol. 155′ concilium Aurelianense a. 533; fol. 163′ concilium Vasense a. 529; fol. 164 concilium Epaonense a. 517; fol. 167′ concilium Turonense a. 567; fol. 173′ concilium Matisconense a. 583; fol. 175 concilium Matisconense a. 585; fol. 180 concilium Parisiense a. 556—573; fol. 181′ concilium Parisiense a. 552; fol. 182 concilium Autissiodorense a. 573—603; fol. 183′ concilium Cabilonense a. 639—654.

3. Cod. Lat. Paris. 1455 (ex bibliotheca Jacobi Tavelli Senonens., Colb. 3368), membr. in fol., fol. 1—199 saec. X. Collationem huius libri in usum editionis nostrae facere omisimus, quia in hac collectione (fol. 80—199) aut apographum codicis Paris. Lat. 3846 est aut certe ab eo ductus.

XII. Collectio codicis Bellovacensis (l. c. p. 778 sq.).

Cod. Vatic. 3827, nobis B, membr. in quarto, fol. 1—209 saec. X—XI. ('Bibl. Lat.' Sitzungsb. LIII, p. 397); fol. 92 scriptum est a manu saec. XIII: *S. Petri Bellovacensis est liber iste.* Insunt huic codici praeter concilium Arelatense a. 524, quod deest, omnia eaque eodem ordine, quae in collectione codicis S. Amandi: fol. 91 concilium Carpentoratense a. 527; fol. 92 concilium Arausicanum a. 529; fol. 95 concilium Aurelianense a. 511; fol. 98 concilium Aurelianense a. 538; fol. 101′ concilium Aurelianense a. 541; fol. 104 concilium Aurelianense a. 549; fol. 106 concilium Aurelianense a. 533; fol. 108′ concilium Vasense a. 529; fol. 109 concilium Epaonense a. 517; fol. 112 concilium Turonense a. 567; fol. 116 concilium Matisconense a. 583; fol. 118 concilium Matisconense a. 585; fol. 122′ concilium Parisiense a. 556—573; fol. 123 concilium Parisiense a. 552; fol. 124 concilium Autissiodorense a. 573—603; fol. 125 concilium Cabilonense a. 639—654.

XIII. Collectio Hispanica formae Gallicae[1] (l. c. p. 710 sq.[2]).

Cod. Vindob. 411, nobis S, membr. in fol., fol. 1—314 saec. IX. (Maassen, Quellen p. 668, et 'Pseudoisidor-Studien I.' Sitzungsb. CVIII, p. 1063.) Continentur

[1]) Codices in bibliothecis Hispanicis adservati, qui cuncti alias huius collectionis formas praebent, a nobis non sunt collati, cum nullus eorum saeculo X. antiquior sit et praeterea novem horum codicum manu scriptorum in editione Gonzalezii (de qua infra), in quantum nobis necesse fuit, adhibiti sint. Item codices Pseudoisidorianae collectionis, quae concilia secundum formam Gallicam reddit, praetermisimus, quia textus huius formae valde corruptus cum ad arbitrium auctoris emendatus, tum multis locis consilio adulteratus et interpolatus est.

[2]) Codex Argentoratensis, de quo hic mentio fit, anno 1870. in obsidio urbis igne consumptus est.

in hoc codice: fol. 71 concilium Arelatense a. 524; fol. 85 concilium Aurelianense a. 511, quae contulimus.

XIV. Cod. Paris. Lat. 1458 ('Bibl. Lat.' Sitzungsb. LIV, p. 199).

Hic codex misc. membr. in uno volumine fragmenta complurium codicum saec. IX—XIV. continet. (cf. Catalogus codicum mss. bibliothecae regiae. Parisiis. III, p. 118.) Concilia quae ad nostram rem pertinent, exstant et in tertio et in quarto fragmento. Illud complectitur folia 64[32]—87′[55′] vel tres quaterniones et quidem XXIII. XXIV. XXV, cum praecedentes viginti duo perditi sint. Quae hac parte continentur, consentiunt plane cum iis, quae in codice Paris. Lat. 1454, quem descripsimus in 'Bibl. Lat.' Sitzungsb. LIV, p. 192—194 (vide infra sub XV), inde a fol. 213′ usque ad finem reperiuntur. In hoc fragmento exstant, quae contulimus: fol. 78 concilium Parisiense a. 556—573; fol. 80′ concilium Aurelianense a. 511; fol. 84 epistula episcoporum provinciae Turonensis ad plebem c. a. 567. Fragmentum quartum fol. 88[56]—95′[62′] quaternione ab alia manu saec. IX. exarato continetur. Hic praeter c. X. concilii Aurelianensis a. 538. exstant fol. 93 concilium Autissiodorense a. 573—603. et fol. 94′ concilii Cabilonensis a. 639—654. cc. 1—18.

XV. Cod. Paris. Lat. 1454 ('Bibl. Lat.' Sitzungsb. LIV, p. 190).

Hic codex collectionis Quesnellianae membr. saec. IX—X. (Maassen, Quellen p. 486 sq.) adfert post hanc collectionem praeter concilium Aurelianense a. 511. fol. 232′ concilium Parisiense a. 556—573. et fol. 241 epistulam episcoporum provinciae Turonensis ad plebem c. a. 567. scr., in quibus codicem contulimus.

XVI. Collectio codicis Andegavensis (Maassen, Quellen p. 821).

1. Cod. Vindob. 2171 membr. in quarto, fol. 1—52 saec. IX.
2. Cod. Sangall. 675 membr. in octavo, pag. 1—270 saec. IX.
3. Cod. Phillippsii 1765, nunc Berol., membr. in quarto, fol. 1—102 saec. IX.[1]

His codicibus usi sumus in aliquot canonibus concilii Lugdunensis a. 516—523, Lugdunensis a. 567. aut 570, Lugdunensis a. 583, concilii Leudegarii a. 663—680; qui canones et ubi in his libris manu scriptis reperiantur, suis locis adnotavimus.

Uti iam supra diximus, non omnia nostrae editionis concilia in collectionibus conciliorum manu scriptis hodie exstantibus reperiuntur. Concilium Lugdunense a. 567. aut 570, item concilium Lugdunense a. 583. sola Surii collectione conciliorum integra servata habemus; qui vero quo codice in his duobus conciliis edendis usus sit, nunc ignoramus. Concilium sub Sonnatio episcopo Remensi habitum a. 627—630. in Flodoardi tantum historia ecclesiae Remensis traditum est.

Ex collectionibus editis nobis ad eorum conciliorum, quae codicibus servata sunt, textum constituendum solae Crabbii (Coloniae 1538), Surii (Coloniae Agrippinae 1567), Sirmondi (Lutetiae Parisiorum 1629) collectiones subsidium praebuerunt. Merlinianam

[1]) In bibl. Berol. codex nunc signatus est 87.

collectionem (Parisiis 1524), omnium vetustissimam, quippe quae in conciliis textum Pseudoisidorianum reddat, reliquimus. Magnae illae collectiones, quae post Sirmondum in lucem prodierunt usque ad 'Amplissimam collectionem' Dominici Mansii (Florentiae et Venetiis 1759—1798) ad nostrorum conciliorum textum constituendum codices manu scriptos non adhibuerunt, sed tantum libris editis, praecipue editione Sirmondiana, usi sunt; qua re et has praetermisimus.

Collectionis conciliorum Galliae tomus I, quem a. 1789. congregatio S. Mauri (Dom Labat) Parisiis in lucem protulit, auxilium nobis non attulit. Paucis enim locis exceptis Sirmondianus textus repetitus est, lectiones autem variae raro tantum et nescimus, qua ratione electae, adnotatae sunt. Ceterum inter codices manu scriptos collatos nullus melioris notae invenitur, quin et nobis praesto fuisset.

Quae a. 1808. Matriti prodiit Gonzalezii editio Hispanae, codicibus huius collectionis iisque solis nititur, qui in bibliothecis Hispanicis adservantur. Non omisimus lectionum, quas haec editio et in textu et in notis praebet, rationem habere.

In adhibendis his Crabbii, Surii, Sirmondi, Gonzalezii editionibus conciliorum id egimus, ut earum tantum lectionum notitiam daremus, quae a codicum nostrorum omnium lectionibus diversae sunt. Sed semper illas lectiones reliquimus, quae manifeste editoris artem criticam redolebant.

CONCILIUM AURELIANENSE.*

511. Iul. 10.

Collati sunt codices Parisiensis Lat. 12097 (nobis C) fol. 197, cuius orthographiam ut synodi aevo proximi plerumque retinuimus, Coloniensis 212 (nobis K) fol. 37, Phillippsii 1745, nunc Berolinensis, (nobis L) fol. 25', Phillippsii 1743, nunc Berolinensis, (nobis R; cum vero in hoc codice concilium bis inveniatur, primo quidem fol. 122' integrum et postea fol. 159 soli novem canones cum subscriptionibus, usque ad canonem IX. R1 et R2 distinximus), Berolinensis 435 (nobis H) fol. 139, Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 146, Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 95 (ubi HAB consentiunt, signo α usi sumus, signo β autem, ubi R2 accedit), Parisiensis Lat. 1564 (nobis P) fol. 55', Parisiensis Lat. 1451 (nobis F) fol. 76, Parisiensis Lat. 1458 (nobis O) fol. 80, Vaticanus Palatinus 574 (nobis N) fol. 49, Bruxellensis 8780—8793 (nobis M) fol. 16, Vindobonensis 411 (nobis S) fol. 85.

Adferunt hoc concilium in collectionibus suis conciliorum Crabbius I, 564', Surius II, 371, Sirmondus I, 177, Gonzalezius I, 245.

Concilium in codicibus varie inscriptum est et quidem sic: Incipiunt kanones Aurilianensis (*in margine ab antiqua manu additur:* Synodus prima Aurelianensis) *C.* Incipiunt canones Aurelianenses de Francia (*tabula in codice corpori collectionis praemissa concilium nostrum hoc modo indicat:* Can Aurelian episcoporum XXX sub Cludoico rege) *K.* ...odus Aurelinensis *L.* Incipit sinodus Aurilianinses (Aurilianensis *F*) *R1F.* Incipiunt canonis Aurilianinsis (Auril *H*) tempore Chlodouichi (Chlodouici *A*, Chlodouii *B*, Chlouegi *H*) regis *β.* Incipiunt canones Aurelianensis *O.* Sinodus Aurelianensis *N.* Concilium Aurelianense (primum *add. Gonz.*) XXVIII episcoporum *SGonz.* *Inscriptio desideratur PM.*

In codice antiquissimo C et in libris familiae β post inscriptionem: Incipiunt *etc. epistula Chlodovechi regis ad episcopos scripta exhibetur, eadem scilicet quae exstat LL. Sect. II. Capitularia regum Francorum, T. I, p. 1, ita ut videri possit epistula ad hoc concilium pertinere, licet ab eo plane sit aliena, quare Sirmondus eam recte in collectione sua I, 175 a concilio separatam edidit.*

In canonibus numerandis inde a canone XX. etiam a codice C, qui hunc canonem omisit, a ceteris vero iam antea discedimus.

*) *Haec synodus in libris editis* Concilium Aurelianense I. *insignitur.*

Subscriptiones exhibentur CKLR1βPOF Gonz., desiderantur MNS. Ceterum ita res se habet, ut excepta familia β, quot codices cum subscriptionibus inveniantur, totidem et subscriptionum series tam numero quam ordine et ratione nominum scribendorum diversas habeas et ut, quod non ab re est hic animadvertere, ne una quidem cum altera plane componi possit. Ideo optimum nobis visum est subscriptionum series, quales in singulis codicibus inveniuntur, servato ordine uniuscuiusque codicis integras transcribere.

Concilii aetatem nota subscriptioni Cypriani episcopi in codicibus CKO inserta demonstrat.

Domno suo catholicae ecclesiae filio Chlothouecho gloriosissimo regi omnes sacerdotes, quos ad concilium venire iussistis.

Quia tanta ad religionis catholicae cultum gloriosae fidei cura vos excitat, ut sacerdotalis mentis affectum sacerdotes de rebus necessariis tractaturos in unum collegi iusseritis, secundum voluntates vestrae consultationem et titulos, quos dedistis, ea quae nobis visum est definitione respondimus; ita ut, si ea quae nos statuimus etiam vestro recta esse iudicio conprobantur, tanti consensus regis ac domini maiori auctoritate servandam tantorum firmet sententiam sacerdotum.

Cum autore Deo ex evocatione gloriosissimi regis Clothouechi in Aurilianensi urbe fuisset concilium summorum antestitum congregatum, communi omnibus conlatione conplacuit hoc, quod verbo statuerunt, etiam scripturae testimonium roburare.

I. De homicidis, adulteris et furibus, si ad ecclesiam confugerint, id constituimus observandum, quod ecclesiastici canones[1] decreverunt et lex Romana[2] constituit: ut ab ecclesiae atriis vel domum ecclesiae vel domum episcopi eos abstrahi omnino non

9—16 *Haec episcoporum ad regem epistula synodica exhibetur COβ, inscribitur*: II. Rescriptio episcoporum *β, quia responsum continere putata est ad epistulam regis, quae in iisdem codicibus, ut in praemonitione diximus, huic epistulae praemittitur.* 9 domino *R2HAO* chlothouecho] *C*, chlodouecho *R2A*^{b}, chlodeuecho *HA*^{a}, chlodeucho *B*, chlodoueo *O* 12 affectum *sic cum omnibus codd.* tractaturus *HAB*^{b}, tractaturis *B*^{a}, tracturus *O*, tractarus *R2* 13 voluntatis *R2OB*, voluntati *HA* consultationem] *α*, consolatione *C*, consolationem *O*, consulationem *R2* 14 visum est] visa sunt *Crab. Sur.* 15 conprobantur] n̄ probantur *O* tanti — auctoritate] tante *O* maioris authoritatem servandam — firmat sententia *Crab.* 16 servanda tant. firmet sententia *Sur.* sententia *α*

17—19 *Praefatio desideratur βNM, collocatur post c. IX. O.* 17 auctore *omnes codd. excepto uno C ad v.* auctore *Gonz. in adn.*: T. 1. 2: doctore deo] domino *SGonz.* ex — clothouechi *om. LFSGonz.* vocatione *KR1*, evocationis *O* clothouechi] *K*, chotouechi *CP*, chlodoueci *O*, *om. R1* aurelianensi *K*, aurilianinsi *R1P*, aurilianense *FS* 18 fuisset] prima fuisset *L*, fuisse *R1O* summorum] dominorum *F* congregatum — verbis *om. F* communi omnibus] communionibus *R1P*^{a} omnium *SGonz.* 19 hoc] ut hoc *LPSGonz.* verbis *CO* etiam *om. S* testimonio *KLPFSGonz.* roborarent *LPFSGonz.*

Canon I. desideratur N; verba: De omicidiis et adulteriis (homicidis et adulteris *Gonz.*) si ad ecclesiam confugierint (confugerint *Gonz.*) *pro rubrica sunt et canon incipit*: Id constituimus *SGonz.* 20 I] III *β*, *om. M* humicidiis (hom-) *KR2FOMB*, omicidiis *S* adulteris] et adult. *LR1PFMS Gonz.* si *om. R1* 21 quod] quod et *R1βPOM* 22 atrii *R2HA* domo *LR1FB O*^{a} *Gonz.*, domos *O*^{b} ecclesiae vel domum *om. CR1βOSGonz.* domo *LF*, domom *P* eos] per eos *F*, reos *Crab. Sur. Gonz.* abstrahere *KOSGonz.* omnino — consignari *om. K*

1) *Cf. conc. Araus. a. 441. c. 5; Arel. inter a. 442—506. hab. c. 30.* 2) *Cf. c. 4 Theod. Cod. de his qui ad eccl. confug. IX, 45.*

liceat; sed nec aliter consignari, nisi ad evangelia datis sacramentis de morte, de debilitate et omni poenarum genere sint securi, ita ut ei, cui reus fuerit, criminosus de satisfactione conveniat. Quod si sacramenta sua quis convictus fuerit violasse, reus periurii non solum a communione ecclesiae vel omnium clericorum, verum etiam a catholicorum convivio separetur. Quod si is, cui reus est, noluerit sibi intentione faciente conponi et ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab ecclesia vel clericis non quaeratur[1].

II. De raptoribus autem id custodiendum esse censuimus, ut, si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit et femina ipsa violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris et raptor mortis vel poenarum inpunitate concessa aut serviendi conditione subiectus sit aut redimendi se liberam habeat facultatem. Sin vero quae rapitur patrem habere constiterit et puella raptori aut rapienda aut rapta consenserit, potestati patris excusata reddatur et raptor a patre superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius[2].

III. Servus qui ad ecclesia pro qualibet culpa confugerit, si a domino pro admissa culpa sacramenta susciperit, statim ad servitium domini redire cogatur; sed posteaquam datis a domino sacramentis fuerit consignatus, si aliquid poenae pro eadem culpa, qua excusatur, probatus fuerit pertulisse, pro contemptu ecclesiae vel praevaricatione fidei a communione et convivio catholicorum, sicut superius conpraehensum est,

1 alter L^a, alteri *FSGonz.* consignare *R2HAO* de debilitate] et debilitate *BSGonz.* debilitate *KR2HAFO* 2 omnium *Crab.Sur.* satisfactionem *R2HA* 3 quis *om. SGonz.* 4 a *om. F* clericorum — convivio *om. R1* verum *om. L* etiam et a *PSGonz.* a *om. CβOM* 5 is] his *KR1HAOM, om. LFSGonz.* cuius *Crab.Sur.* sibi *om. Crab.Sur.* intentionem *R2* facientem *R2HA*, facienti *PO* 6 ecclesiae *POMS*, ecclesiam *R2* actus — vel] fugerit *R1* actus] coactus *R2*, commune *F* ecclesia vel clericis] ecclesiae clericis *LPFMSGonz.*

Canon II. hoc modo abbreviatur N: Raptor si ad eclesiam confugiret et feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, patri sine aliqua mora reddatur et raptor ad serviendi conditionem teneatur aut redemendi se liberam habeat potestatem. 7 II] I *N*, IIII *β* custodiendum] constituendum *KSGonz.* esse censuimus] est recensuimus *K* 8 cum *om. O* fugerit *R2H*^{b}, fuerit *H*^{a}*A*, convenerit *SGonz.* faeminam (fem-) ipsam *KLR1PBMSGonz.* 9 potestatem L^a*R2O*, manu K aut] ad *LPFMSGonz.* serviendam *P* 10 condicionem (condit-) *LPFMGonz.*, *om. S*, conditioni *Crab. Sur. Sirm.* se] si L^b*R2* facultatem] potestatem *F* si *codd. exceptis Cα* 11 raperetur *R2* raptore *OMP*^{a}, raptorem P^b, rapturo L^a, rapturi L^b*R2A* aut rapienda *om. LPFM*, aut rap. aut rapta *om. BSGonz.* rapta] rapturi (raptori *H*)*R2HA* 12 potestate *R2HAPO MS* et *om. R2HA* a patre] patri *Crab. Sur.* satisfactioni *Gonz.*

Canon III. hoc modo abbreviatur N: Servus si ad eclesiam confugiret et post sacramentum datum a domino aliquid poene pro eadem culpa pertulerit, dominus qui iuravit a communione eclesiae repellatur; quod si servus ille accepta fide a domino exire noluerit, ab ipso domino liceat occupari. 14 III] II *N*, V *β* servus pro qualibet culpa si ad ecclesiam confugerit *R2* ecclesiam *codd. exceptis CO* confugierit pro qualibet culpa *S* confugerit — culpa *om. PM* a *om. Crab. in textu, in marg. leg.:* 'a dn̄o' vel 'dn̄s' pro *om. LR1FSGonz.* pro — domini *om. O* amissa *LF*, amissa *bis R1*, omissa *S, item Gonz. in textu, in adn.:* B. R.: missa 15 sacramentum *SGonz.* domini] domini sui *BSGonz.* reddere *R1*, venire (venere *R2*) *β* sed] et *S* 16 datis sacramentis domino fuerit *LF*, dato sacramento domino suo fuerit *SGonz.* pro — qua] per eundem culpam quam *F ad v.* pro *Gonz. in adn.*: U., G.: per contemptum ecclesiae et praevaricationem 17 excusatus *R1F* vel] et *KLR1PFMS Gonz.* praevaricationem *R1F* 18 sicut — est *om. Crab.Sur.*

1) *C. 1 et 3 in unum caput coniuncti recepti sunt in Decret. Grat. C. 17 q. 4 c. 36. — Ad c. 1 et 3 cf. Loening, Geschichte des deutschen Kirchenrechts II, 537; Hinschius, System des kath. Kirchenrechts IV, 384 sq. 801, n. 2.* 2) *C. 36 q. 1 c. 3. — Loening II, 539; Hinschius IV, 385, n. 2.*

habeatur extraneus. Sin vero servus pro culpa sua ab ecclesia defensatus sacramenta domini clerecis exigentibus de inpunitate perciperit, exire nolentem a domino liceat occupari[1].

IV. De ordinationibus clericorum id observandum esse censuimus, ut nullus saecularium ad clericatus officium praesumatur nisi aut cum regis iussione aut cum iudicis voluntate; ita ut filii clericorum, id est patrum, avorum ac proavorum, quos supradicto ordine parentum constat observatione subiunctus, in episcoporum potestate ac districtione consistant[2].

V. De oblationibus vel agris, quos domnus noster rex ecclesiis suo munere conferre dignatus est vel adhuc non habentibus Deo sibi inspirante contulerit, ipsorum agrorum vel clericorum inmunitate concessa, id esse iustissimum definimus, ut in reparationibus ecclesiarum, alimoniis sacerdotum et pauperum vel redemtionibus captivorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur et clereci ad adiutorium ecclesiastici operis constringantur. Quod si aliqui sacerdotum ad hanc curam minus sollicitus ac devotus extiterit, publice a conprovincialibus episcopis confundatur. Quod si nec sub tali confusione correxerit, donec emendet errorem, communione fratrum habeatur indignus[3].

VI. Si quis ab episcopo vel de ecclesiae vel de proprio iure credederit aliquid repetendum, si nihil convicii aut criminationes obiecerit, eum pro sola conventione a communione ecclesiae non liceat submoveri[4].

VII. Abbatibus, presbyteris omnique clero vel in relegionis professione viventibus sine discussione vel commendatione episcoporum pro petendis beneficiis ad domnus venire non liceat. Quod si quisqui praesumserit, tamdiu loci sui honore et communione privetur, donec per poenitentiam plenam eius satisfactionem sacerdos accipiat[5].

1 habeatur extraneus sin] extr. hab. si *KLR1PFMS Gonz.* defensatur *K*, dispensatus *L*, defensatus fuerit *F* 2 exirent *P* exire nolentem] et exire noluerit *KL* nolentem] noluerit *F* 3 occupare *PM*.

Canon IV. *desideratur KLR1PFNMS Gonz.* 4 IV] VI *β*, *om. C* censuimus] decrevimus *βO* 5 praesumat accedere nisi *Crab. Sur.* iussionem *R2HA* 6 fili *R2HA* 7 observationi A^a subiunctos *OB* potestatem *HA* 8 ac] et *βO* districtionem *R2HA*.

Canon V. *desideratur KLR1PFNMS Gonz.* 9 V] VII *β* obligationibus *α*, oblicationibus *R2* ecclesiae *β* 10 sibi *om. Sirm.* 11 ut *om. O* 12 alimoniis] apparatu *R2* sacerdotis *R2* pauperum] paup. refectione *β* 13 deus *om. O* 14 aliquis *AO* *post* sacerdotum *add.:* seu iuniores (minoris *R2*) officii *β* solicitus fuerit *Crab.* 15 conprov. episc.] sacerdote suo *R2* 16 tali] tali se *β* emendat *HA* 17 *post* indignus *add.:* iuniores (iunioris *R2*, minores *Crab. Sur.*) vero ut dignum (dignus *R2*) est distringantur *β Crab. Sur.*

Canon VI. *desideratur M.* 18 VI] III *N*, IIII *KLR1PFS Gonz.*, VIII *β* ab *om. F* episcopo] episc. suo *Crab. Sur.* vel — iure *om. N* ecclesia *R1 Gonz.* 19 si] et *N*, *om. LFS Gonz.* criminationes] *CP*, criminatione *Kβ*, criminis *N*, criminationis *rel.* subiecerit *KR2*, oviens *S*, obiiciens *Gonz.* eum *postea adscriptum est L* sola] sua *N* conventione] conversatione *K*, contentione *Crab. Sur. in textu, in marg.*: conventione a communione *om. O*.

Canon VII. *desideratur KLR1PFNMS Gonz.* 21 VII] VIIII *β* clerico *O* professionem *R2* 22 commendationem *HA* domnos *α*, principem *R2* 23 quisque H^bO, quisquam *Crab. Sur. Sirm.* honorem *β* communionem *R2*, communioni *α*.

1) *Vide p. 3, n. 1.* 2) *Cf. Loening II, 159, cuius tamen conclusionibus non utique accedimus.* 3) *Cf. Kober, Der Kirchenbann p. 43; Loening I, 375; Hinschius IV, 742. 811. 814, n. 9.* 4) *C. 2 q. 7 c. 20. — Loening II, 509 non immerito adlegat canonem probandi gratia temporibus concilii laicos nondum vetitos fuisse adversus clericos experiri apud saecularem iudicem.* 5) *Cf. Hinschius IV, 810.*

VIII. Si servus absente aut nesciente domino et episcopo sciente, quod servus sit, aut diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanentem episcopus eum domino dupli satisfactione conpenset. Sin vero episcopus eum servum esse nescierit, qui testimonium perhibent aut eum supplicaverint ordinari, simili redibitione teneantur obnoxii[1].

IX. Si presbyter vel diaconus crimen capitale commiserit, simul et officio et communione pellatur[2].

X. De hereticis clerecis, qui ad fidem catholicam plena fide ac voluntate venerint, vel de basilicis, quas in perversitate sua Gothi hactenus habuerunt, id censuimus observari, ut si clereci fideliter convertuntur et fidem catholicam integrae confitentur vel ita dignam vitam morum et actuum probitate custodiunt, officium, quo eos episcopus dignos esse censuerit, cum impositae manus benedictione suscipiant; et ecclesias simili, quo nostrae innovari solent, placuit ordine consecrari[3].

XI. De his, qui suscepta paenitentia religionem suae professionis obliti ad saecularia relabuntur[4], placuit eos et a communione suspendi[5] et ab omnium catholicorum convivio separari. Quod si post interdictum cum iis quisquam praesumserit manducare, et ipse communione privetur[6].

XII. Si diaconus aut presbyter pro reatu suo se ab altaris communione sub paenetentis professione submoverit, sic quoque, si alii defuerint et causa certe necessitatis exoritur, poscentem baptismum liceat baptezari[7].

1 VIII] IIII *N*, V *KLR1PFMSGonz.*, X *β* sevum L^a, servo F^a, servum L^bF^b absentem a. nescientem *F* aut nesc. *om. R1* domino — sciente *om. F* et] suo *Crab. Sur.*, *om. SGonz.* sciente] nesciente *R2*, tamen sciente *Crab. Sur.* quod] quod si *R1* sit] est *N* 2 aut *om. LR1PFNMS Gonz.* diāno aut prbō *R1* auprb *L* ipsum *R1* in *om. SGonz.* officium *LR1* permanente *KLR2FOBNSGonz.* epōs *L*, epō *KR2*, episcopo *HA* 3 eum] cum *R1* duplici *KLαFN*, dublice *R2* satisfactionem *R1M* conpensent *L* si *KR1FNSGonz.* esse *om. LR1PFMNSGonz.* 4 perhibuerunt *N* aut — ordinari *om. N* eum] cum *LR1* supplicaverit *PBM* 5 tenentur *R1*, teneatur *H*, teneant *S* noxii *L*.

6 IX] V *N*, VI *KLR1PFSGonz.*, XI *β*, *om. M* diaconus aut presbyter *KLR1PFMSGonz.* aut *βO* crimine *PM* capitalem *R2* commiserint *LR1BFONSGonz.* et *om. Gonz.* ab officio *S* 7 pellatur] *K*, pellantur (pellentur *R1*) *omnes rel.*; *finit hoc loco textus concilii et sequuntur subscriptiones R2*; *praefatio hic collocatur O.*

Canon X. desideratur LFNMSGonz. 8 X] VII *KRP*, XII *α* clerecis *om. RP* convenerint *K*, venerunt *R* 9 vel *om. P* ghoti *K*, *om. RP* 10 convertantur *Rα* fide *R* integram *O* confiteantur *Crab. Sur.* 11 ita] ita ad *P* probitate] probet te *α* custodiant *Crab. Sur.* officio *Rα* 12 dignus *RαP*, dignum *O* consuerit *PO* inpositi *P* inposita manu benedictionem *K* 13 simili *om. P* innovari] invocari *α*.

Canon XI. desideratur M; hoc modo abbreviatur N: Hii qui post acceptam paenitentiam ad saecularia relevantur, placuit eos et a communione suspendi et ab omnium catholicorum convivio separari. 14 XI] VI *N*, VII *LFSGonz.*, VIII *KRP*, XIII *α* susceptam *LHPFS* paenitentiam *KLHAPFS* confessionis *R* 15 relabuntur] redeunt *F* et a] ut a *K*, ita *L*, a *R*, ad *HA*, et *S* ab *om. CO* 16 convivium *P*, conviviis *S* iis] *C*, eis *B*, eo *KLRPFGonz.*, eos *HAO*, eum *S* quisquam] *C*, quique *S*, quisquis *Gonz.*, quisque (*vel* quisq;) *rel.* manducare] cibum (cybum *R*) sumere *Rα*.

Canon XII. desideratur M. 18 XII] VII *N*, VIII *LFSGonz.*, VIIII *KRP*, XIIII *α* si] si quis *F* presbyter aut (vel) diaconus *PGonz.* aut] vel *SGonz.*, *om. LN* alteris *LO* 19 professiones *L* submoverint *OBS* *ad v.* sic *in marg.*: his *Crab.*, hic *Sur.* sic — exoritur] si necessitas exigerit *N* 20 poscente *O* baptismo *unus C* baptizare *LFNBSGonz.*

1) *D. 54 c. 19.* 2) *C. 9 et 12 = D. 81 c. 14. — Cf. Hinschius IV, 807.* 3) *Cf. Loening I, 571.* 4) *Cf. Freisen, Gesch. des can. Eherechts p. 563.* 5) *Hinschius IV, 800, n. 1.* 6) *Ibid. 801, n. 2. 3. — D. 5 c. 5 de paen.* 7) *Vide n. 2.*

XIII. Si se cuicumque quaecumque mulier duplici coniugio presbyteri vel diaconi relicta coniunxerit, aut castigati separentur aut certe, si in crimenum intentione persteterint, pari excommunicatione plectantur[1].

XIV. Antiquos canones religentes priora statuta crededimus renovanda, ut de his, quae in altario oblatione fidei conferuntur, medietatem sibi episcopus vindicet et medietatem despensandam sibi secundum gradus clerus accipiat, praediis de omni commoditate in episcoporum potestate durantibus[2].

XV. De his, quae parrochiis in terris, vineis, mancipiis adque peculiis quicumque fedelis obtulerint, antiquorum canonum statuta[3] serventur, ut omnia in episcopi potestate consistant; de his tamen, quae in altario accesserint, tertia fediliter episcopis deferatur[4].

XVI. Episcopus pauperibus vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum et vestitum, in quantum possebilitas habuerit, largiatur[5].

XVII. Omnis autem baselice, quae per diversa constructae sunt vel cotidie construuntur, placuit secundum priorum chanonum regulam, ut in eius episcopi, in cuius territurio sitae sunt, potestate consistant[6].

XVIII. Ne superstis frater torum defuncti fratris ascendat; ne sibi quisque amissae oxores sororem audeat sociare. Quod si fecerint, ecclesiastica districtione feriantur[7].

Canon XIII. *desideratur* ***M***; *incipit* ***N:*** Si quis relectam presbyteri vel diaconi in coniugio acceperit aut castigati *etc.* 1 XIII] VIII ***N***, VIIII ***LFSGonz.***, X ***KRP*** XV α quaecumque *om.* ***RαFSGonz.*** duplici] duplex ***C***, publico ***KPO*** prbto̅ v. diaco̅ ***F***, presbiteris v. diaconis α diac̅ ***KO***, deacon̅s ***L***, diacones ***R***, diaconis ***P*** 2 coniunxerint ***CO*** *ad v.* castigati *in marg:* castitate servata *Crab.* criminis ***N*** 3 *ad v.* perstiterint *Gonz. in adn.:* B. R.: persititerint vel in coniugio permanere voluerint, pari pari excommunicatione *om.* ***C*** communione ***F***, excommunione ***S*** plectatur ***B***, pellantur ***F***, priventur ***RHA***.

Canon XIV. *desideratur* ***M***; *incipit* ***N:*** De his quae in altario offeruntur medietas ad episcopum perteneat, alia vero medietatem dispensandam *etc.* 4 XIV] VIIII ***N***, X ***LFSGonz.***, XI ***KRP***, XVI α priorum ***Rα*** credimus ***CFS***, *item Gonz. cum adn.:* Ae.: decrevimus renovandam ***KRHA*** 5 in altario] basilicis ***P*** oblationes ***SGonz.*** fidei] fidelium ***Rα*** offeruntur ***F*** sibi — medietatem *om.* ***O*** 6 despensandam — de] sibi dispensandam accipiat tam de praediis quam de *Crab.* gradum ***SGonz.*** 7 in] et ***F***, *om.* ***R***.

Canon XV. *desideratur* ***MN***. 8 XV] XI ***LFSGonz.***, XII ***KRP***, XVII α parrochiis] ***CB***, parrociis ***KLRAS***, parochiis ***HFOGonz.***, monasteriis ***P*** quaecumque ***L*** 9 chanonum ***L*** episcopo ***RHA*** 10 *ante* de his *numerus* XVI *erasus est* ***O*** altare ***P*** episcopo fideliter ***P*** episcopo ***KFO***, epis̅ ***R***, epi̅ ***B*** deferantur ***KRHA***.

Canon XVI. *desideratur* ***M***. 11 XVI] X ***N***, XII ***LFSGonz.***, XIII ***KRP***, XVIII α, *om.* ***O*** epi̅ ***L*** 12 vestimentum ***RαPGonz.*** in quantum] ut ***K*** largiantur ***CLN***.

Canon XVII. *desideratur* ***M***; *hoc modo abbreviatur* ***N:*** Omnes basilicae, quae per diversa constructae sunt vel cottidie construuntur, ad illius episcopi ordinationem perteneant, in cuius territorio sitae sunt. 13 XVII] VI (*lapsu pro* XVI) ***O***, XI ***N***, XIII ***LFSGonz.***, XIIII ***KRP***, XVIIII α autem *om.* ***Crab. Sur.*** diverso ***L***, diversa loca ***FGonz.*** contructae ***C***, contractae ***L*** 14 chanonum] ***C***, canonum *rel.* episcopi] epis̅ ***CO*** 15 sitae] insitae ***P***, posite ***S***, *om.* ***F***.

Canon XVIII. *desideratur* ***M***. 16 XVIII] VII (*lapsu pro* XVII) ***O***, XII ***N***, XIIII ***LFSGonz.***, XV ***KRP***, XX α superstitis H^aA^a, superstetis ***R***, superestis ***FO***, supraestis ***P***, supprestis ***S*** thorum $KL^bPFOSGonz.$, tuorum L^a ne sibi] ne ibi se ***K***, ne se ***O***, neque se ***P***, neve (nevel ***F***) se (si ***S***) ***RαFS***, nec se ***Crab. Sur.***, neve ***Gonz.*** quisquam ***KL***, quisquis ***O*** amissa uxore ***SGonz.*** 17 sororem] ***L***, sorore ***P***, *om.* ***F***, sorori (srorori ***C***) *rel.* sociari ***PFONSGonz.*** si] qui ***Crab. Sur.*** fecerit ***FS***, fuerint ***L*** ab eccles. ***S*** feriatur ***FS***.

1) *D. 28 c. 11.* 2) *C. 10 q. 1 c. 8. — Ad. c. 14 et 15 cf. Richter, Kirchenrecht §. 308, n. 3; Hinschius II, 265.* 3) *Conc. Antioch. c. 24—26; Gangr. c. 7. 8.* 4) *C. 10 q. 1 c. 7. — Vide n. 2.* 5) *D. 82 c. 1.* 6) *C. 16 q. 7 c. 10.* 7) *Cf. Freisen p. 442.*

XIX. Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant et, si quid extra regolam fecerint, ab episcopis conrigantur; qui semel in anno, in loco ubi episcopus elegerit, accepta vocatione conveniant. Monachi autem abbatibus omni se obedientiae devotione subiciant. Quod si quis per contomaciam exteterit indevotus aut per loca aliqua evagari aut peculiare aliquid habere praesumserit, omnia quae adquisierit, ab abbatebus auferantur secundum regulam monasterio profutura. Ipsi autem qui fuerint pervagati, ubi inventi fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugacis sub custudia revocentur; et reum se ille abba futurum esse cognoscat, qui in huiusmudi personas non regulari animadversione distrinxerit vel qui monachum susceperit alienum [1].

XX. Monacho uti orarium in monasterio vel cyanchas habere non liceat [2].

XXI. Monachus si in monasterio conversus vel pallium [3] conprobatus fuerit accepisse, et postea uxori fuerit sociatus, tantae praevaricationis reus numquam ecclesiastici gradus officium sortiatur [4].

XXII. Nullus monachus congregatione monasterii derelicta ambitionis et vanitatis inpulso cella construere sene episcopi permissione vel abbatis sui voluntate praesumat [5].

XXIII. Si episcopus humanitatis intuitu vineolas et terrulas clericis vel monachis praesteterit excolendas vel pro tempore tenendas, etiam si longa transisse annorum

Canon XIII. *ab altera, sed antiqua manu in margine adscriptus est C.* 5 XIII] VIIII *NGonz.*, XII *F*, *om. M* in *om. F* capitali crimine *D*.

Canon XIV. *desideratur M.* 7 XIV] X *NGonz.*, XIII *F* quisquis *αP*^{a}*FIGonz.* munificenti *L*^{a}, munifecentiae *L*^{b}*I* cuius *α* serviebat] *C*, servierit *R*^{b}*αF*, servierat *rel.* 8 et *om. RB* ad *om. L* ad summum] adsum *HA* summum *om. Crab.* est *om. F* donum *R* 9 vel] et *L* quod — secundum] et quod suum est ex proprietate vel secundum *Crab. Sur.* quod — possedeat] quia inicum est ut dummodo colonicas aut res ecclesiae unde egreditur possidead alia ecclesia ubi ordinatur transferre debeat *P* usu] suum *β*, usum *FI* vel] vel ex *β* strumenti *LHA*, instrumen *R* seriae *K*, spem *F*, sepem *I* 10 probabitur *KLRFINGonz.* emississe *F*, emisise *I*, emissae *Crab.*

Canon XV. *desideratur M.* 11 XV] XI *NGonz.*, XIIII *F* si *om. F* superiores *K*, superius *RP*^{a}, superibus *HA*, prioris *F* hereticus *D* clerici *om. α* 12 spatio] spacum *R*, spatium *Gonz. et in marg.:* T. 1: spatio pacem] panem *Gonz. et in marg.:* B. R., T. 1. 2: pacem, *om. N* habeat *L* quod] quod si *α*, quod in *I* minores *Crab.* si *om. α* 13 *ante* a iudeorum *numerus* XV *ponitur F* a] ad *A*^{a}*D*, ac *H* iudeorum] iudaeorum *KRPBDFNGonz.*, diu deorum *H* vero *om. α* laicos *LAGonz.*, laicis *K*, aliquos *R* nec] ne *CHAF*, et ne *Crab.* 14 ullo] *KPINGonz.*, illo *rel.* clericus *Crab.* nostro] nm̄ *R*, non *HA*, n̄ *B*, *om. Crab.* pane *HA* quisquis in *αD* iudaeorum *KRPBDFNGonz.* fuerit convivio *αD* convivio *om. P.*

1) *Cf. Loening II, 510 sq.* 2) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 6; iunge Loening II, 509. Etiam concilium Epaonense nondum prohibet laicos, ne actiones moveant adversus clericos apud iudicem publicum; tantummodo clerico agere volenti praecipit, ut episcopi sui iussum requirat. Pro v.* morentur *in codice, a quo textus concilii, quem libri nostri RHAB (=β) praebent, originem duxit, scriptum erat* permittantur, *non casu aliquo vel lapsu, sed de collectoris aut librarii industria, eo quidem consilio, ut sententia canonis in contrarium verteretur. Vide Maassen (Pseudoisidor-Studien I.) Szb. d. ph.-h. Cl. d. kais. Akad. d. W. CVIII, 1079, n. 1.* 3) *Cf. Hinschius II, 5, n. 4; Loening II, 214 sq. 697. 700.* 4) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 9; iunge Hinschius IV, 807, n. 1.* 5) *Cf. Loening I, 572; Hinschius IV, 814 sq.*

XVI. Presbyteros propter salutem animarum, quam in cunctis optamus, desperatis et decumbentibus hereticis, si conversionem subitam petant, crismate permittimus subvenire. Quod omnis conversuri, si sani sunt, ab episcopo noverint expetendum[1].

XVII. Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris propriaetate legaverit, aliter non valebit, nisi vel tantum de iuris proprii facultate suppleverit[2].

XVIII. Clerici quod etiam sine praecatoriis qualibet diuturnitate temporis de ecclesiae remuneratione possederint, cum auctoritate domni gloriosissimi principis nostri in ius proprietarium praescriptione temporis non vocetur[3], dummodo pateat ecclesiae rem fuisse, ne videantur etiam episcopi administracionis prolixae aut praecaturias, cum ordenati sunt, facere debuisse aut diu tentas ecclesiae facultatis proprietati suae posse transcribere[4].

Canon XVI. *desideratur M.* 1 XVI] XII *NGonz.* presbiter *HA*, prbt *RPBF*, prb *D*, presbytero *Crab. Sur.* 2 discumbentibus *α*, deconventibus *KP*, in lecto recumbentibus *Crab.* conversione *FI*, conversionem suam *Gonz.* subita *KDFI*, subditam *R* crismate] *CLPIN*, chrysmatae *K*, chrysmate *F*, chrismate *rel.* 3 quod etiam *Crab.* subversuri *D* si *om. I* ab *om. F* 4 expitendam *K.*

Canon XVII. *desideratur M; inter sententias in cod. H et inter cc. Agath. sub n. 51 in cod. S et ap. Gonz. iisdem verbis legitur, desideratur solummodo* vel *ante* tantum *SGonz.* 5 XVII] XIII *NGonz.* si *om. FI* conditio *L* testamento *om. R* iuri *α* propriaetate — iuris *om. D* proprietatem *KP*, potestate *I* 6 vel *om. LF* iuris sui *αD* propria *HD*, proprie *N* facultatem *RP* suppleverint *P*, subplicaverint *F.*

Canon XVIII. *desideratur M; inter sententias in cod. H et inter cc. Agath. sub n. 59 in cod. S et ap. Gonz. hoc modo legitur:* Clerici quod (quolibet *S*, quodlibet *Gonz.*) etiam sine preceptoris (sine prec. *om. SGonz.*) qualibet (quantacumque *SGonz.*) diuturnitate temporis de aeclesie remuneratione (remunerationis *H*) possederint, cum auctoritate gloriosissimi principes nisi (cum — nisi *om. SGonz.*) in ius proprium prescriptione temporis non vocetur (vocentur *H*), dummodo pateat aeclesiae rem fuisse, ne videantur (videatur *H*) etiam episcopi administrationis (administrationes *Gonz.*) prolixe (prolixas *Gonz.*) aut precatorias cum ordinati sunt facere debuisse, aut diu retentas (tenens *H*) facultates (facultatis *H*) proprietati (proprietatis *HS*) sue posse transcribere. 7 XVIII] XIIII *NGonz.* diuturnitatem *K* tempore *N* de *om. F* 8 ecclesia *LR* possederunt *Crab. Sur.* domno *HA* gloriosissimo *H* gloriosi domni *I* 9 in *om. P* in iure proprietarium *Gonz. in textu, in marg.:* U.: in ius proprium proprietario *P*, proprietanum *D*, proprietatum *α*, proprietatis *Crab. Sur.* praescriptionem *K*, perscriptione *FN*, proscriptione *P* vocentur *P* 10 ecclesiae rem] rem eccl. *L*, eclesiarum *D* fuisse] habuisse *R*; *hic canon explicit NGonz.* ne videantur *om. I* videatur *RH*[a]*F* administracionis] *C*, administrationes *KLα*, administrationis *rel.* praecatoriis *K*[a] 11 ordinate *Crab.* diu tentas] diuturnitas *β* ecclesiae *om. P* facultates *KLPDFI* proprietate *RHB*, proprietates *P*, proprietatis *FD* 12 possit *FI* transcribi *L* posse transcribere *om. Crab.*

1) *Cf. conc. Araus. a. 441. c. 1; iunge Loening I, 571 sq. II, 350, n. 4; Hinschius IV, 56, n. 1.* 2) *C. 12 q. 5 c. 5. — Cf. Loening II, 675.* 3) *Cf. Loening II, 292, n. 2. Verba:* cum auctoritate dom. glor. princ. nostri *ad ea, quae sequuntur, non autem ad ea, quae praecedunt, trahenda sunt, ut iam Loeningius et Peiperus viderunt; sed minus recte Loeningius praescriptionem temporis, de qua in canone agitur, ad interdictum de precario refert; nam interdicti huius praescriptione res in 'ius proprietarium' nullo modo vocari potuerunt; itaque non de precaria, sed de tali possessione hic quaeritur, qua post tempus lege definitum dominium rerum adquiritur.* 4) *C. 16 q. 3 c. 11.*

XIX. Abbas si in culpa repperiatur aut fraude et innocentem se adserens ab episcopo suo accepere noluerit successorem, ad metropolitani iudicium deducatur.

XX. Episcopo, presbytero et diacono vel ceteris clericis horis praeteritis, id est meridianis aut vespertinis, ad feminas prohebemus accessum; quae tamen, si causa fuerit, cum presbyterorum aut clericorum testemunium vedeantur.

XXI. Veduarum consecrationem, quas diaconas vocitant, ab omni regione nostra paenitus abrogamus[1], sola eis paenitentiae benedictione, si converti ambiunt, inponenda[2].

XXII. Si diaconus aut presbyter crimen capitale conmiserit, ab officii honore dipositus in monasterio retrudatur, ibi tantummodo quamdiu vixerit cummunione sumenda[3].

XXIII. Si quis accepta professaque paenitentia boni inmemor ad saecularia relabatur, prursus conmunicare non poterit, nisi professioni, quam inleceto praetermiserat, refurmetur[4].

XXIV. Laicis contra cuiuslibet gradus clericum, si quid crimenale parant obicere, dummodo vera suggerant, proponendi permittemus potestate[5].

Canon XIX. *desideratur NM Gonz.* 1 abas *HB* si *om. D* in *om. I* culpam *L* aut] et *F* fraudem *KRFD*[a] et] aut *F*, si *D*, *om. R* innocente *RP* se *om. CKLPI* adserere *D* 2 accepere] acceperit *R*, *om. D* noluerit *om. KR* successorem] successor eius *D*[b], correptionem *Crab. Sur. et in marg.:* correctionem *Crab.*, successorem *Sur.* ad] a *R* metropolytani *K*, metropolitane *α* iudicio *RP*.

Canon XX. *desideratur NM Gonz.* 3 et] vel *P*, *om. F* ceteris] diversis *α* clericis *om. R* oris *KPD* praeteritis] indebitis *Crab. Sur.* 4 aut] vel *α*, ac *FI* ad feminas *om. D* quae] qui *Crab. Sur.* si *om. D* causam habuerit *Crab.* 5 cum] in *R* prbo *RD*, prbt *B*, prbm *PI*, pbrm *F*, presbytero *Crab. Sur.* aut] at *HA*, ad *B* clericorum] diaconorum *P* testemunium] *C*, testimonium *R*, *om. P*, testimonio *rel.* vedeantur] *C*, videatur *β D*, videantur *rel.*

Canon XXI. *desideratur NM Gonz.* 6 *numerus* XXI *ponitur ante* quos (*sic*) diaconas *F* veduarum] *C*, viduarum *rel.* consecratione *F*, consacratione *P*, congregationem *D*, consortio vel *R* diacs *K*, diaconissas *Crab. Sur.* vocant *βD*, vocant hanc *F* regione] religione *L*[b]*βDF*, religio *I* nostra *om. F* 7 sola] soli *I*, sub *D*, solam *Sur.* eis] his *D* benedictionis *R*, benedictionem *Crab. Sur.* si *om. R* abiunt *L*, habeunt *D* inponendam *HAPD*, inponendum *B*, inpendendam *R*, imponendo *Crab. Sur.*

Canon XXII. *inter sententias in cod. H et inter cc. Agath. sub n. 50 in cod. S et ap. Gonz. sic legitur:* Si episcopus, presbyter aut (vel *S Gonz.*) diaconus crimen capitale conmisserint aut cartam falsaverint aut testimonium falsum dixerint, ab officii (officio *HS*) honore depositi in monasterio (monasterium *S Gonz.*) retrudantur et ibi tantummodo, quandiu vixerint, laicam communionem accipiant. 8 XXII] XV *N Gonz.*, *om. M* prbi aut diaconi *R* commiserint *RF*, admiserit *Gonz.* officio *LF* honorem *D* 9 positus *F* monastherium *L*, monastyrio *R*, monasterium *KαPFM Gonz.* retrudantur *L*, recludantur *R* ibique *N Gonz.*, ubi *F* quamdiu] qua *D*[a], *om. F* vixerint *R*, advixerit *αD* 10 sumendo *L*.

Canon XXIII. *desideratur M.* 11 XXIII] XVI *N Gonz.* qui accepta ai *(sic)* professaque *L* paenitentiam *K*, penitentiae *αN*, sententia a *I* 12 relabitur *FI*, relabuntur *R*, revolvatur *αD* professione *KRHAFN*, *item Gonz. cum adn.:* B. R.: professioni, professionem *D*, pro confessione *B*, confessione *Crab.* inleceto] *C*, inlicito *LβDF*, inlicite *KPN Gonz.* praetermiserit *D*, promiserat *F*.

Canon XXIV. *desideratur M.* 14 XXIV] XVII *N Gonz.* laicus *L* clericorum *α* parat *CR* 15 suggesserant *RF* potestatem *codd. excepto uno C.*

1) *Cf. conc. Nic. c. 19; Araus. a. 441. c. 26; iunge Hinschius I, 8.* 2) *Cf. conc. Agath. c. 15; iunge Hefele, Conciliengesch. (ed. II.) II, 301. 653, n. 1. 2.* 3) *D. 50 c. 7. — Cf. Hinschius IV, 806, n. 4.* 4) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 11; iunge Hinschius IV, 822, n. 4.* 5) *Cf. Hinschius IV, 849.*

XXV. Sanctorum reliquiae in oratoriis villarebus non ponantur, nisi forsitan clericus cuiuscumque parrochiae vicinus esse contingat, qui sacris cinerebus psallendi frequentia famulentur. Quod si illi defuerint, non ante propriae ordinentur, quam eis conpitens victus et vestitus substantia depotetur[1].

XXVI. Altaria nisi lapedea crismatis unctione non sacrentur[2].

XXVII. Ad celebranda divina officia ordenem, quem metropolitani tenent, provincialis eorum observare debebunt[3].

XXVIII. Si episcopus ante damnati absolutionem obitu rapiatur, correctum aut paenetentem successuri licebit absolvere[4].

XXIX. Lapsis, id est qui in catholica baptizati praevaricatione damnabili post in heresem transierunt, grandem redeundi difficultatem sancxit antiquetas[5]. Quibus nos annorum multitudinem breviata paenitentiam biennii conditione infra scripte observaciones inponimus, ut praescripto biennio tertia die sine relaxatione ieiunent, ecclesiam studeant fraequentare, in paenitentum loco standi et orandi humilitatem noverent observandam,

Canon XXV. *desideratur M; legimus in margine ab altera manu scripta haec:* de reliquiis non ponendis in oratoriis villarum et antiquior ecclesia propter hoc non destruatur, sicut fuit factum in litmad ** *H* 1 XXV] XVIII *NGonz.* si sanctorum *F* reliquae *L*, reliquiis *F* oraturiis *αPD* ponuntur *D*, permittantur *FI* 2 clericos *LBDGonz.*, cls *F* cuiuscumque] cumque *F* parrociae *KLRPN*, parochiae *Gonz.* vicinos *LDNGonz.*, in cuius ecclesia *Crab.* cinerebus] *C*, ceneribus *KLRN*, generibus *P*, cineribus *αFDGonz.* psallendis *C* 3 famoletur *P* quod si — depotetur *exstat KLNGonz., om. CβPFDI* quam] quiam *K.*

Canon XXVI. *desideratur IM.* 5 XXVI] XVIIII *NGonz.* crismates *LP*, chrismatis *RD*, chrysmatis *KF* crismatis unctione] infusione (infusionem *D*) crismatis *αD* unctione] unguine *KLNGonz.*, unguere *P* sacremus *B*, sac^{tur} *K.*

Canon XXVII. *desideratur M, coniungitur cum praecedenti ap. Gonz.* 6 XXVII] XX *N*, XXVI *I* celebrandum *Crab. Sur.* metropolytani *K* conprovincialis *R* 7 eorum] ipsorum *K*, ipsarum *R, om. Crab. Sur. Sirm.*

Canon XXVIII. *desideratur M.* 8 XXVIII] XX *Gonz.*, XXI *N*, XXVII *I* absolutione *P*, obsolutione *R*, absoluti *I* obito *I*, sobito *R* obitu rapiatur] obitura patiatur *L*, obripiatur *αD*^{a} correpto *P*, correptum *F* 9 successore *αD*^{a} licebat *P*, lecit *C*, licet *I.*

Canon XXIX. *desideratur M; inter sententias in cod. H et inter cc. Agath. sub n. 60 in cod. S et ap. Gonz., si errores aliquos in codd. H et S, qui certe librariorum imperitiae adscribendi sunt, velut in cod. H:* baptidiate *pro* baptizati, transire *pro* transierunt, animorum *pro* annorum, *et in cod. S:* episcopum *pro* ipsi cum *etc., omittimus, has paucas lectiones varias profert:* catholica fide (B. R.: ecclesia) bapt. *Gonz.;* imponit ... biennii ... ieiunet ... studeat ... noverit *H;* et ecclesiam stud. *HSGonz.;* observ. ut etiam *SGonz.;* caticuminis p̄cedere comm. *H;* ad altario (adlatario *S*) *HS;* quod *SGonz.*, quia *H pro* quam; ardua v. dura *SGonz.;* implere *HSGonz.* 10 XXIX] XXI *Gonz.*, XXII *N*, XXVIII *I, om. K* lapsi *KRB*, lapis *HA*, lapides *F* catholicam *L*, catholice *H*, catholici *A*^{a} baptizati] baptizati si *β*, baptismati *F*, baptismatis *I* praevaricationem *RD* in *om. RPFI* 11 transierint *KR* grandem] grandem eis *β* nos *om. R* 12 multitudine *FNIGonz.* breviata] brevitate *F*, privatam *αD*, privatis *Crab.* paenitentia *RI*, pacientiam *F* infra *om. I* 13 perscripto *δPDN*, praescriptae *F* relaxatione] relatione *N*, dilatione *HAD*, dilectione *B* ieiunet *CF*, ieiunit *P* ecclesie *αD*, et in ecclesia *Crab.* studeat *P* 14 in *om. Crab.* paenitendum *D* locum *αPD*, locus *F* standi] dandi *F*, standio *B* et *om. αD* humilitate *R* noverit *P*

1) *Thom. P. I, l. 2, c. 75, num. 1.* 2) *C. 26 et 27 = D. 1 c. 31 de cons. — Ad c. 26 cf. Hinschius IV, 398, n. 10.* 3) *Vide supra n. 2. — Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 75, num. 2.* 4) *C. 11 q. 3 c. 40.* 5) *Cf. conc. Nic. c. 11 et alibi; iunge Loening I, 572; Hinschius IV, 822, n. 4.*

etiam ipsi, cum caticumini procedere commonentur, abscedant. Hoc si observare voluerint, constituto tempore admettendis ad altarium observatio relaxetur; quam si arduam vel duram forte potaverint, statuta praeteritorum canonum conplere debebunt.

XXX. Incestis coniunctionibus nihil prursus veniae reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestus vero nec ullo coniugii nomine praevelandus praeter illos, quos vel nominare funestum est, hos esse censemus: si quis relictam fratris, que paene prius soror exteterat, carnali coniunctione violaverit; si quis frater germanam uxoris suae accipiat; si quis novercam duxerit; si quis consubrinae subrinaeque se societ. Quod ut a presenti tempore prohebemus, ita ea, quae sunt anterius instituta, non solvemus: si quis relictae avunculi misceatur aut patrui vel privignae concubito polluatur. Sane quibus coniunctio inliceta interdicetur, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem[1].

XXXI. De paenetentia homicidarum, qui saeculi leges evaserint, hoc summa reverentia de eis inter nos placuit observari, quod Anquiritani canonis decreverunt[2].

1 ac etiam *Sirm.*, ac etiam si *Crab. Sur.* cum] quomodo *D, om. P* cathecumenis *KN*, catecuminis *LRF* commonicentur C^b, commoventur *D* si] sibi α 2 noluerint *L Gonz.* constituta *K* admittentes α, admittendos *P*, admittentur *Crab. Sur.* altario βPD observasio *K* observatio relaxetur] et relaxatio observetur *Crab.* 3 arduam] ad arduam *C* arduum vel durum *R* canonum] cān *K* debunt *B*, debent *F*.

Canon XXX. *desideratur M; inter sententias in cod. H et inter cc. Agath. sub n. 61 in cod. S et ap. Gonz. cum his discrepantiis exstat:* De incestis coniunctionibus (coniunctionis *H*) ... sanaverint (se noverit *H*) . Incestos vero nec ullo (vero nullo *S Gonz.*) coniugii nomine (nemine *H*) prevalendi preter illos, quos nominare (*pro* prevalendi — nominare *S Gonz.:* deputandos quos etiam designare) funestum est, hos (os *H*, hos enim *Gonz.*) esse censemus ... quae (qui *H, om. S*) pene (pene me *H*) prius ... violaverit (voluerit *S*); si quis fratris germanam uxoris (uxorem *S Gonz.*) accipiat; ... si quis consobrinae sobrinaeve se societ (consubrinam subrineque sociat *H*, consobrineque se sociaverit *S*). Quod ita presenti tempore prohibemus, ita et ea (*pro* ita et ea *S:* ut ita ea, *Gonz.:* ut ea), quae sunt ante nos instituta, non solvimus (dissolvamus *S Gonz.*): si quis relicte vel filiae avunculi (obunculo *H*) misceatur aut patrui (patris filiae *S Gonz.*) vel privigne (privignae suae *Gonz.*, pro virgine sue *S*) concubitu ... libertatem. 4 XXX] XXII *Gonz.*, XXIII *N*, XXVIIII *K* incestis] de incestis *R*, incunctis *K* coniuntionibus *C*, iunctionibus α veniam tribuamus *F* nisi *om. P* adulterii *R* 5 incestos *LFD Gonz.*, incestis *H* ullos *L*, ulla *I* praevelandos *KL*, praevaelandos *P*, prevalendus αF, praevalendos *DN Gonz.*, praeliabandus *R* praeter] propter *Crab.* 6 vel *om.* βPD numerare *F*, dinumerare *Crab.* funestum] honestum *F* hos] hoc *CLRHD, om. Crab.* censimus *L*, censuimus $K\alpha$, censuemus *R*, consensimus *F* si] ut si *Crab.* fratri *P* 7 que — frater *om. F* sorore *L* exteterant α, existerat *L*, stiterat *D* fratris *D, om. Crab. Sur.* frater — quis *om. B* 8 uxorem *R* suae *add. unus C* acceperit *Crab. Sur.* *ad v.* novercam *Gonz. in marg.:* B. R., T. 1: novercam patris uxorem secundam duxerit consubrineque *FI*, consubrinaeve *P* subrinae *R, om. PFI* 9 se *om. LHADFIN* *in vv.* societ quod *litterae finales* t *et* d *supra lineam scriptae sunt C* ut *om. CD* a] ad *F, om.* RP^aD ea] ne ea *I* anterius sunt constituta *KR* 10 relicta *RPB*, relictam *FI* 11 non habebunt *Crab.*

Canon XXXI. *desideratur M.* 13 XXXI] XXIII *Gonz.*, XXIIII *N*, XXX *K* homicidiarum *LPFI* qui] quae *P* evaserunt *Crab. Sur. Gonz.* hoc] ac pro hoc *R* 14 de eis] deis PB^a, his *D* anquiritani] anciritani H^bBI, anceritani *PF*, a*nceritani (a*nce *in ras.*) *R*, anteritane *D*, acritani H^aA, antiqui nicaeni *KLN Gonz.* chanonis *L*, cān *K* decreverant *N*, decreverint *I*.

1) *C. 35 q. 2 c. 8. — Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 18; iunge Loening I, 574; II, 548. 553 sq.; Freisen, Gesch. des can. Eherechts p. 377. 562.* 2) *Cf. conc. Ancyr. c. 22. 23.*

XXXII. Relicta presbyteri sive diaconi si cuicumque renupserit, eatinus ab ecclesia pellatur, donec a coniunctione inlicita separetur; marito quoque eius simili usque ad correctionem severitate plectendo[1].

XXXIII. Basilicas hereticorum, quas tanta execrationem habemus exosas, ut pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis usibus adplicare dispicimus. Sane quas per violentiam nostris tulerant, possumus revocare[2].

XXXIV. Si quis servum proprium sine consciëntia iudicis occiderit, excommunicationem biennii effusionem sanguinis expiavit[3].

XXXV. Ut cives superiorum natalium noctem paschae ac nativitatis Domini sullemnitate episcopos, nec interest in quibus civitatebus positos, accipiendae benedictionis disiderio noverint expetendos[4].

XXXVI. Ne ullus sine remedio aut spe veniae ab ecclesia repellatur neve ulli,

Canon XXXII. *desideratur NM Gonz.* 1 XXXII] XXXI *K* relicta tam prsb̄i sive diac̄o cuicumque *eadem ut videtur manu, sed posterius in spatium relictum scriptum est,* renupserit — pellatur *om. C* relictam *αD,* relictae *Crab.* si *om. FDI* nupserint *α,* renupserint *Sur.* ad ecclesiam *D* 2 pellatur] *unus L,* arciatur *P,* elongentur *Crab. Sur., reliqui codd. om.* a *om. CLDI* iunctione *CαD* separentur *α* maritum *β* simili usque] semelius semelius quem *R* 3 correctione *Kα* severitatis *R* plectendum *KβPF.*

Canon XXXIII. *desideratur M.* 4 XXXIII] XXIV *Gonz.,* XXV *N,* XXXII *K* tanta] ante ante *R* execrationem] *C,* exsecratione *LβD,* execratione *FIN Gonz.,* exacratione *KP* habuemus *R* exossas *α,* exorsas *F,* exortas *D* 5 sane] si *F, om. L,* nisi *Crab.* 6 quam *R,* quis *F* nostri *P,* nostras *F* tulerunt *P,* tolerant *FIN,* tuleram *HA,* abstulerant *Crab. Sur., om. R* possimus *αD.*

Canon XXXIV. *desideratur M; inter sententias in cod. H et inter cc. Agath. sub n. 62 in cod. S et ap. Gonz. sic legitur:* Si ... occiderit excommunicatione (*add.* vel penitentia *S Gonz.*) biennii reatum sanguinis emendaverit (emundabit *S Gonz.*) 7 XXXIV] XXV *Gonz.,* XXVI *N,* XXXIII *K* servo *K* proprio *K*[a] sine — iudicis *om. D* sine] in *R* conscientiam *RP* excommunicationem] *C,* excommunione *F,* excommunicatione *rel.* 8 bienni *α* effusione *βD,* confusionem *Sur.* expiabit *KLRDN,* emundavit *P.*

Canon XXXV. *desideratur NM Gonz.; inter sententias in cod. H et inter cc. Agath. sub n. 63 in cod. S et ap. Gonz. cum compluribus variis lectionibus et aliquantulum amplior sic:* Ut cives (Si ut supra cives *Gonz.*) superiorum natalium (solemnitatum *S; ad v.* natalium *Gonz. in marg.:* in codd. 'solemnitatum'. Vox 'natalium' desumpta est ex alio textu codicum Ae. et B. R., in quo sub Sententiarum nomine viginti et tres canones huius Agathensis concilii repetuntur) noti pasce (paschae *S Gonz.*) ac nativitatis (natalis *S Gonz.*) Domini sollemnitate (festivitate *S,* festivitati sicut *Gonz.*) episcopus (ep̄i *H,* ep̄is *S*) nec *(om. S Gonz.)* interesse neglexerint *(*negl. *om. H),* in quibus civitatibus positos accipiende benedictionis (communionis vel ben. *S Gonz.*) desiderio noverint; qui hoc facere neclexerint triennio communione (a comm. *S*) priventur aeclesie. 9 XXXV *om. K* ut *om. αD* superirum *R,* superhierum *P,* superior *F,* superia∗rum *I,* superiorem *α* natal. super. *αD* nalium *P,* naticium *D*[a] noctem] nati *K,* nuti *R,* noti *FI,* noticiae *P,* nocte *Sirm., om. L* nativitatis] natalis *R* 10 sullemnitate] *C,* sollemnitate *L,* sollemnitatis *B,* sollemnitatem *rel.* episcopos *scripsimus,* epsōs *L,* ep̄s *vel* ep̄is *rel. codd.,* episcopis *Crab. Sur.* nec] cui *F* quibus] cuius *F* civitatebus] festivitatibus *P* benedictionem *P* 11 noverit *I,* non venerit *D,* novenerit *HA* expetendus *βDF,* expitendam *K.*

Canon XXXVI. *desideratur M.* 12 XXXVI] XXVI *Gonz.,* XXVII *N,* XXXIIII *K* ne ullus] nullus *CD Gonz.* remedium *D*[a]*F* spem *I* neve] nevel *C,* ne *RP* ullus *R,* ullis *N*

1) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 13.* 2) *Cf. Hefele II, 685, ubi recte notatur hunc canonem et c. 10 conc. Aurel. a. 511. inter se repugnare; uberius de hac re agit Loening I, 571.* 3) *Cf. Loening II, 227; Hinschius IV, 801, n. 7.* 4) *Cf. conc. Agath. c. 21; Aurel. a. 511. c. 25.*

si aut penaetuerit aut correxerit, ad veniam redeundi aditus obstruatur. Sed si cui forsitan discrimen mortis inmineat, damnationis constituta tempora relaxentur. Quod si aegrotum accepto viatico revaliscere fortasse contingit, statuti temporis spatia observare conveniet[1].

XXXVII. Ne laicus nisi religione praemissa[2] clericus ordinetur.

XXXVIII. In monasteria puellarum non nisi probatae vitae et aetatis provectae ad quascumque earum necessetates vel ministrationis permittantur intrare. Ad faciendas vero missas qui ingressi fuerint, statim exacto menisterio regredi festinabunt; alias autem nec clericus nec monachus iuvenis ullum ad puellarum congregatione habebit accessum, nisi hoc aut paterna aut germana necessitudo probetur admittere.

XXXIX. Servus reatu atrociore culpabilis si ad ecclesiam confugerit, a corporalibus tantum suppliciis excusetur[3]. De capillis vero vel quocumque opere placuit dominis iuramenta non exegi[4].

XL. Quocirca haec, que superna inspiratione communi consensui placuerunt, si quis sanctorum antestitum, qui statuta praesentia suscriptionibus propriis firmaverunt nec non et quos eorum Deus esse voluerit successoris, relicta integritate observationis excesserit, reum se Divinitatis pariter et fraternitatis iudicio futurum esse cognuscat.

1 si *om. RN* correxerit] se correxerit *Crab. Sur. Sirm.* sed si cui] et si cuique *Crab. Sur.* si cui] sicut *L*, sicut quae *D*, cui *Gonz.* cui] cuique *α* 2 discrimen] de crimine *P*, crimen *HAD* ut *ante* damnationis *add. K* constituta] *KLP*, constitutae (c-tute) *rel.* tempore *RFD*, temporale *I* relaxarentur *D*, relaxantur *Gonz.* 3 si *om. D* contegit *R*, contingeret *F*, contigat *Gonz.* servare *R* 4 conveniat *KPB Gonz.*, convenit *RFI.*

Canon XXXVII. *desideratur M.* 5 XXXVII] XXVII *Gonz.*, XXVIII *N*, XXXV *K* nisi] sine *α* permissa *HA*, promissa *Crab. Sur.* ordinentur *C*, ordinet *D.*

Canon XXXVIII. *desideratur M.* 6 XXXVIII] XXVIII *Gonz.*, XXVIII *N*, XXXVI *K* in *cum uno C scripsimus, om. rel.* monastheria *L*, monastyria *R*, monasterium *Gonz., om. F* vitae *om. D* et aet. prov. *om. L* et *om. RB Gonz.* itatis *K*, etate *HA*, ettatis *B* profecte *αI*, perfectae *F*, prophete *D* 7 ad] id *F* ministrationis] omnes tradiciones *R*, ministrationes laici *Crab.* *ante* ad faciendas *numerus* XXXVII *ponitur K* 8 vero *om. D* ministerium *L* ad alias *R* 9 clericus nec *om. K* ullam *P*, illum *LB* congregationem *KLRDFIN Gonz.* habeat *LR* 10 hoc *om. KLRN Gonz.* germana] germana persona *αD* necessitudo probetur] necesse sit ut probet *D.*

Canon XXXIX. *desideratur M.* 11 XXXIX] XXIX *Gonz.*, XXX *N*, XXXVIII *K* si *om. F* ecclesia *KP*, ecl̄ *R*, ecl̄a *B* a *om. FI* 12 cappillis *L*, capellis *N*, capitales *K*, peccatis *Crab. Sur.* vel] aut *Gonz.* opere *om. P* 13 a dominis *Crab. Sur. Sirm.*

Canon XL. *desideratur M.* 14 XL] XXX *Gonz.*, XXXI *N*, XXXVIII *(in marg.) K, om. DF* quodcerca *L*, quoscirca *RB*, quicirca *F* que *om. ABDF* vel superna vel *F* inspiratione] instituta sunt *et supra lineam* spiratione *C* spiratione *D* consensu *βD Gonz.* *ante* si quis *numerus* XXXVIIII *erasus est K* 15 sanctorum] sacrum *F*, scripturarum *I* qui *om. D* 16 deus] d̄i *K* successore *L*, successor esse R^a, successorem *AB*, successorum *H*, successores KR^bPNI *Gonz.* 17 reum *om. F* pariter et fraternitatis *ab altera, sed antiqua manu adscriptum R, om. I* iudici *C* futuro *RD*, futurorum *F* esse *om. P* 18 *add.* explicit *post* cognuscat *I.*

1) *Hinschius IV, 723, n. 5 et cc. ibi laud.; 822, n. 4.* 2) *Cf. conc. Agath. c. 16.* 3) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 3.* 4) *Cf. Loening I, 574 sq.*

Auitus episcopus constitutionis nostras, id est sacerdotum provinciae Uienninsis, relegi et subscripsi die XVII. kal. menses octavi, Agapito consule, Epaone.

Uiuentiolus episcopus ecclesiae Lugduninsis con provincialibus meis constitutiones nostras relegi et subscripsi.

Siluester episcopus civitatis Cabalonensis relegi et subscripsi die et consule supra scripto.

Gemellus episcopus civitatis Uasensis relegi et subscripsi die et consule supra scripto.

Apollenaris episcopus civitatis Ualentine relegi et subscripsi.

Ualerius episcopus civitatis Segistericae relegi et subscripsi.

Uictorius episcopus in Christi nomine civitatis Gratianopolitanae relegi et subscripsi.

Claudius in Christi nomine episcopus civitatis Uisensionensis relegi et subscripsi.

Graegorius in Christi nomine episcopus civitatis Lingonicae relegi et subscripsi.

Praumatius in Christi nomine episcopus civitatis Agustae relegi et subscripsi.

1 *ante* avitus *signum crucis positum est* *L*, *num.* XLI *P* *post* episcopus *add.* uienninsis *P* constitutionis — sacerdotum *om. C* *post* est *add.*: a *P*, sancta *Gonz. cum adn.:* in A.: in sancta prov. uienn. *om. R, quo in libro semper nomina civitatum desiderantur* uienensis *CI*, uieninsis *B*, uiensis *HA*, Viennensis *Gonz.* relegi et subscripsi] subi *R hic et semper* relegi] relēg *K hic, postea ubique* rel̄, religi *CL* (L *hic et in sequ.*), relegit *B*, rel̄ *HA hic et in sequ.* 2 et subscripsi] spiērsis *(minus clare scriptum) C* subscripsi] s̄s *K hic et semper*, suscripsi *L*, subi (sub̄ *B*) *a hic et semper*, subsi *P*, subs̄ *F* die — epaone *om. β* die] sub die *N*, die et tempore *Gonz.* XVII] septimo decimo *L*, VII *P*, X *Gonz., om. N* kal.] *K*, kl̄ *CI*, calendarum *L*, klrūm *P*, k̄ *F*, kal̄darum *N*, kalendarum *Gonz.* octavo *L*, VIII *P*, octob̄ *I* Agapeto *Gonz. in textu, in marg.:* B. R.: Agapio consule] conss̄ *KL hic et alibi*, ecl̄ *C* epeune *F*, et paone *P*, *om. N Gonz., et in his duobus libris pro reliquis subscriptionibus, quae quidem desiderantur, haec verba adduntur:* in hac synodo suscribserunt episcopi numero (num. *om. Gonz.*) XXIII (viginti tres *Gonz. cum adn.:* B. R., T. 1, 2: viginti quatuor) 3 uiuenciolus *R*, uincenciolus *C*, uientiolus *cum signo crucis praefixo L* lugdunensis *PI*, lugdon- *F*, lugdugnensis *α*, lugd̄ *L*, leuduninsis *C* con — nostras *om. Cβ* con provincialibus] *KL*, com conprov. *P*, cumprovincialis *FI* 4 relegi et subscripsi] subsi *C hic et in vv. 11. 12. 13 (p. 30), in omn. rel.* subsi s̄s subscripsi] s̄s *L hic et in sequ.*, subisi *P*, subs̄ *F* *post* subscripsi *add.:* die et cons̄ spto (supra scripto *I*) *LI*, diae et anno quo supra *P* 5 seluester *C*, siuelter *L* civitatis] ecc̄ *C* cabalonensis *perscripsimus*, cabalōn *K*, cabelloninsis *C*, cabillonensis *L*, cabiloninsis *P*, cauelloneusis *I*, cauilns̄ *F*, cauallonensis *α* relg̃ et subsi (subs̄ *I*) *PI*, rel̄ et s̄s *F* die — supra scripto *om. CβF* supra scripto] spto *KL*, sūp *I hic et alibi* 7 genellus *C*, gemelius *L*, cemellus *A*, temellus *I* *ante* episcopus *add.:* in christi nomine *LI* civitatis] ecc̄ *C* uasinsis *CP*, uasionensis civitatis *α*, basensis civit. *I*, *desiderantur hic et in sequentibus subscriptionibus ultima sola excepta nomina civitatum F* relegi et subscripsi] relegi et subi *P hic et postea semper*, rel̄ (*vel* relēg) et sub̄ *I*, subi (sub̄ *B*) *α; formula, nisi ubi eam adnotavimus, desideratur F* *post* subscripsi *sequitur* n̄ *K*, *forsitan* notavi *perscribendum* die — supra scripto *om. CβPF* 8 *Apollinaris et Valerii subscriptiones ordine inverso leguntur I* apollonaris *CαP*, apollinaris *RF*^{b}*I* *ante* episcopus *add.:* in christi nomine *I* ualentinae *CLP*, ualentine civitatis *H*, ualentiae *I* *add. post* subscripsi *hic et ubique:* d̄ et conss̄ (*vel* consol̄ *vel* cōs) spto (*vel* sūp *vel* sub̄) *LI* 9 *ante* episcopus *add.:* in christi nomine *LI* segestericae *C*, s-ce *L*, segestiricae *α*, segestrige *P*, sigestrionensis *I* 10 *Victorii et Claudii subscriptiones ordine inverso leguntur I* uicturius *CβP*, uictorinus *I* in chr. nom. *om. CβPF hic et semper* in chr. nom. episc. *LI* gratianopolitanae] *L*, gratianōp *K*, gracianopolitanae *C*, gracinop-ae *P*, gratinopoli *β*, gratiopolitano *I* relegi et subscripsi] rel̄ et conss̄ (*vel* cns̄ *vel* cons̄ *vel* consensi) *L hic et semper exceptis versibus 2 et 3 (p. 30)* 11 glaudius *P*, cladius *B*, claudianus *I* uisonsionensis *CLI*, uesuntionensis (uesunc- *B*) *α*, uisonsium *P* 12 gregorius *CLRHBPF*, grogorius *A*, gregōr *I* lingonica *K*, longinite *I* relegi et subscripsi] subs *F* 13 *Praumatii subscriptio desideratur R* praumacius *C*, praom- *P*, praugmatius *HAF*, pracigmatius *B*, prauganatius *I* agustodunensis *C*, a-ninsis *P*, augustod̄ *L*, austudenensis (austudu- *H*) *α*, auustunensis *I*

Constantius in Christi nomine episcopus civitatis Octodorensis relegi et subscripsi.
Catolinus in Christi nomine episcopus civitatis Ebreduninsis relegi et subscripsi.
Sanctus in Christi nomine episcopus civitatis Darandasiensis relegi et subscripsi.
Maxemus in Christi nomine episcopus civitatis Genuensis relegi et subscripsi.
Bubulcus in Christi nomine episcopus civitatis Uindoninsis relegi et subscripsi.
Saeculatius in Christi nomine episcopus civitatis Deensis relegi et subscripsi.
Iulianus in Christi nomine episcopus civitatis Carpentoratinsis relegi et subscripsi.
Constantius in Christi nomine episcopus civitatis Uappincensis relegi et subscripsi.
Florentius in Christi nomine episcopus civitatis Arausicae relegi et subscripsi.
Item Florentius in Christi nomine episcopus civitatis Trecastininsis relegi et subscripsi.
Fylagrius in Christi nomine episcopus civitatis Cauellicae relegi et subscripsi.
Uenantius in Christi nomine episcopus civitatis Uiuarensis relegi et subscripsi.
Praetextatus in Christi nomine episcopus civitatis Aptinsis relegi et subscripsi.
Tauricianus in Christi nomine episcopus civitatis Niuerninsium relegi et subscripsi.
[Peladius presbyter iussu domni mei Salutaris episcopi, qui huic definitioni interfui et subscripsi.]

Expliciunt canones Epaoninsis episcoporum numero XXIIII.

1 *inde ab hoc versu usque ad v. 6 subscriptiones hoc ordine positae sunt α:* sanctus..., constantius..., catulinus..., boulcus..., seculatius..., maximus... constancius *P*, constantinus *F* octodorenssis *L*, o-rinsis *P*, teudorensis *I* relegi et subscripsi] subs̄ *F* 2 *Catulini subscriptio post Bubulci exstat FI* catulinus *CLα*, catholinus *R*, catulianus *I* ebredonensis *L*, ebrudunensis *α*, ebred- *I*, obredunensis *C*, abriduninsis *P* rel̄ et s̄s̄ *hic et in sequenti subscriptione etiam L* 3 *Sancti subscriptionem haec praecedit:* salutaris ep̄s subi̇̄ *R*, salutaris ep̄s civitatis auennicae relegi et subi̇̄ *P* darantasionensis *α*, taransicus *P*, darandaniensis *I* 4 maxemus] *K*, maximus *rel.* genauensis *CL*, g-uinsis *P*, genuaensis *α* 5 bobulcus *P*, boulcus *α*, boliulfus *R*, bubolenus *I* uindonissae *C*, uindonensae *L*, uidunensis *α*, uedouencius *P*, uindonensis *I* 6 seculatius *CβFI*, saeculasius *L*, s-lacius *P* deinsis *αP*, decensis *I* 7 carpentoratensis *CLI*, c-torensis *α*, capaentoractinsium *P* 8 item const. *α* constantinus *F* uappinsis *C*, uappensis *α*, uappincinsium *P*, uapentensi *I* 9 *Florentii subscriptio desideratur βF* arâuuasicae *C*, aurausicae *I*, armusicae *P* 10 item *om. LβFI* florencius *R*, florentinus *F* tricastinae *CLP*, t-tine *FI*, trecassinensis *HA*, tricasunensis *B* 11 filagrius *Cα*, filacrius *R*, felagrius *PF*, felacrius *I* cabellicae *C* relegi et subs̄] subs̄ *F* 12 uenancius *P* uiuarensis] *K*, albensium *CLI*, abbensium *α*, uiuariensis sive albinsium *P* 13 pretextatus *βFI* aptensis *CLαPI* 14 *Tauriciani subscriptio desideratur C* taurentianus *F*, tauretianus *I* niuernensium *LF*, neu- *I*, neuernensis *α*, n-ninsis *P* relegi et subscripsi] rel̄ et sub̄ *F* 15 *haec subscriptio sic profertur α, Salutaris episcopi subscriptionem iam prius attulerunt RP (vide supra v. 23), utraque subscriptio desideratur in libris rel. post subscriptiones legitur:* hi sunt nomina episcoporum qui subscripserunt ẋxxiii *R* 17 expl. — xxiiii] *unus K*, explicit (expliciunt *B*) canones epaunensis (epaunis̄ *R*, epaunenses *B*) tempore sigismundi regis *β et praeterea altera manu additur:* et filiorum vel nepotum clodouet rēg franc̄ *R*.

CONCILIUM LUGDUNENSE.*

516—523.

Exstat hoc concilium in codice Coloniensi 212 (nobis K) fol. 100' et in codice Phillippsii 1743, nunc Berolinensi, (nobis R) fol. 131, quorum utrumque contulimus. In verbis singulis scribendis lectionem libri K, utpote qui concilii aevo propior sit, retinuimus.

Edidit concilium primus Sirmondus I, 202 ex codice R, quem iam nominavimus, eoque solo; codice K demum Peiperus concilium nostrum cum Operibus Alcimi Aviti[1] *editurus usus est.*

Inscriptio desideratur in libro K; in tabula vero corpori collectionis praemissa concilium ita designatur: Can̄ Lugdunensis episcoporum XI. *In libro R concilium proprie habet duas inscriptiones, quarum prior eaque longior simul et tituli et summarii vice fungitur, posterior vera inscriptio est; sunt scilicet correctis aliquibus mendis manifestis verba haec:* Incipit epistula tempore Sigismundi regis ab episcopis in urbe Lugdunum facta, in qua scriptum invenies: De incesti facinore. Item si quis cupititatis instincto ecclesiam alterius vel parrociam absque eius, ad quem pertenere nuscitur, cessionem praesumpserit aut ordinatione fecerit. Et ut nullus in locum viventis episcopi sacerdotii gradum ascendat. — Sinodus vel constitutio sanctorum episcoporum contra Stephanum, qui oblitus divinas vel humanas leges cognatae suae ausu nefario se sociavit. *Quid fuerit, cur initio huius expositionis, item in hac clausula:* Explicit epistula contra Stephanum tempore Sigismundi regis *actis nostri concilii epistulae nomen attribueretur, ex apertis argumentis non liquet; conicere tantum licet episcopos, qui concilio adfuerunt, aliis antistitibus canones transmisisse et sic canones ipsos epistulis adiunctos vocabulum epistulae usurpasse. Utcumque haec se habent, dubitari nullo modo potest, quin auctor collectionis, qui tam in priore inscriptione quam in clausula concilium dicit tempore Sigismundi regis celebratum esse, e fonte suo hoc deprompserit. Cuinam vero anno synodus nostra adscribenda sit, certis rationibus definiri non potest, cum nec post concilium Epaonense a. 517. habitum eam celebratam esse constet neque exploratum sit, num aliquis episcoporum, qui canonibus subscripserunt, iam ante a. 523, quo Sigismundus rex interfectus est, e vita migraverit. Restat igitur aliud nihil, nisi ut concilii aetas e tempore, quo Sigismundus in Burgundia regnavit (516—523), sumatur.*

*) *Sirmondus hoc concilium* Lugdunense I. *vocat, item praeter Peiperum reliqui editores.*

1) *Auct. ant. T. VI, P. II, p. 175.*

In utroque codice K et R capitulorum distinctio desideratur. Sirmondus arbitratu suo et posteriores editores omnes eum secuti textum in sex capitula dividunt. Distinctio vero quattuor capitulorum, quam nos proponimus, variis argumentis, de quibus concilium agit, magis respondere videtur optimeque congruere summario, quod supra e codice R transcripsimus.

Praeter canones acta concilii decretum quoque continent, quo sententia damnationis contra duas personas propter incestum ab iis perpetratum iam ab anteriore aliquo concilio, ut e canone I. colligitur, prolata et ab hoc nostro confirmata aliquatenus mitigatur. In codice R hoc decretum cum canonibus praecedentibus coniunctum subscriptiones undecim episcoporum excipiunt, ita ut etiam ad illud hae subscriptiones sese referre videantur. In codice K, quem sequimur, ordo rerum hic est, ut undecim illis subscriptionibus interpositis decretum a canonibus sejunctum sit et nunc iterum subscriptiones eorundem episcoporum duobus, Viventiolo et Florentio, exceptis proferantur. Quomodo vero factum sit, ut Viventiolus et Florentius non subscriberent, utrum a concilio iam abierint, an leniorem sententiam istius decreti reprobaverint, nescimus.

Plura de Stephano, in cuius causa episcopi iam prius se congregatos esse profitentur, comperimus e Vita S. Apollinaris (Bolland. Acta SS. Octob. T. III, p. 59), ubi etiam narratur non modo Viventiolum, sed etiam Avitum, qui nostro concilio non subscripsit, illi priori concilio adfuisse. Ubi autem et quando id concilium celebratum sit, non patet, sed conicere licet haec duo concilia aetate non multum inter se distare.

I. In nomine Trinitatis congregati iterato in unum in causa Stephani[1] incesti crimine polluti adque in Leudunensi urbe degentes decrevimus, ut hoc factum nostrum, quod in damnatione eius vel illius, quam sibi inlicite sociavit, uno consensu suscripsimus, inviolabileter servarimus. Quod non solum de praefatis eisdem personis placuit costodiri, sed in omnibus, qui quolibet loco vel tempore in hac fuerint perversitate detecti. (II.) Id quoque adecimus, ut si quicumque nostrum tribulationem quamcumque vel amaritudinem aut commotionem fortasse potestates necesse habuerit tolerare, omnis uno cum eodem animo conpatiantur et, quidquid aerumnarum vel dispendiorum optentu causae huius unus susciperit, consolatio fraternae ancxietates relevit tribulantes. (III.) Quod si se rex praecellentissimus ab ecclesiae vel sacerdotum comunione ultra suspenderit, locum ei dantes ad sanctae matris gremium veniendi, sancti antistetes se in monasteriis absque ulla dilatione, prout cuique fuerit oportunum, recipiant, donec pacem dominus integram ad caritatis plenitudinem conservandam sanctorum flexus praecibus restituere

21 iteratio *R* 22 crimini *R* lugdoninsi *R* dicentes decrebimus *R* ut *adiecimus cum Sirm., om. KR* 23 damnationem *R* 24 eisdemque *K* 25 qui quolibet] quilibet *R* 26 ut si — fortasse *cum R scripsimus; verborum series hoc modo turbata est:* ut si quicumque vel amaritudinem nostrum tribulationem aut communionem fortasse *K* 28 aerumnarum *om. R* 29 huius *om. R* consolatio] consulatur *R* fraterna *R* ancxietate *K* tribulatos *corr. Sirm.* 30 ecla *R* communionem *R* 31 sanctae] sacrae *R* se in monasteriis] in monastriis se *R* 32 dominus *om. R* 33 plenitudinis conservanda *K*

1) *Secundum id, quod Vitae S. Apollinaris scriptor anonymus de Stephano refert, erat 'quidam ex officio regis Sigismundi, qui super omnem dominationem fisci eius principatum gerebat'.*

pro sua potensia vel pietate dignetur, ita ut non unus quicunque prius de monasterio, in quo elegerit habitare, discedat, quam cunctis generaliter fratribus fuerit pax promissa vel reddita.

II. (IV.) Illud etiam iuxta statuta antiquorum canonum[1] spicialiter renovamus omnino, ut nullus frater vanitatis vel cupiditatis stimolis incetatus eclesia alterius agredi vel parrocias praesumere absque eius, ad quem pertinere nuscuntur, cessione vel permissione praesumat nec quisquam sub hac necissitate absentante episcopo in eius qui afuerit loco aut sacrificiorum aut ordinationum audeat ministeria caelibrare. Quod si in hac timeritate vel audacia quisque proruperit, non solum se in concilio redarguendum, verum etiam cumunioni fratrum futurum noverit alienum[2].

III. (V.) Id quoque, licet iam antiquissima vel celeberrima observatione[3] decretum sit, nihilominus iteramus, ut nullus in locum viventes ad ambiendum sacerdotii gradum audeat adspirare. Quod si quilibit impia vel timeraria volumtate praesumpserit, simul et ipse, qui fuerit ordinatus, et hi fratres, quos ordinationi eius interfuisse constiterit, perpetuae excumunicationis sententia feriantur[4].

IV. (VI.) Haec vero, quae a nobis inspiratione divina tractata vel difinita sunt, quisquis excesserit aut implere, quod absit, adversa persuatione neclexerit, quasi divinorum mandatorum transgressor reum fraternitati futurum se esse cognoscat.

1 potentia *R* prius *om. K.*

5 frater vanitatis] *R*; fraternitatis *K* eclesiae *R* adgredi *R* 7 hac *om. R* 8 afuerit loco] abierit locum *R* au*deant misteria *R* 10 commonione *R.*

11 licet iam *scripsimus cum Peipero,* licentiam *K*, etiam quod *R* antiquissimam *K* 12 sit] est *R* viventes] vivencis *R* 13 qualibet *corr. Sirm. Peip.* 14 hii *R* 15 excommunicationis *R.*

16 finita *R* 17 persuasione *R* 18 se *om. R*, reum se concilio fraternitatis futurum esse cognoscat *scribit Sirm. in textu, et in adnotatione (p. 604) ad haec verba, quae minus recte sic repetit:* reum se in concilio fraternitatis *etc., codices manu scriptos Andegavensem (hodie deperd.), Divionensem (hodie Berol. Phillippsii 1763), Bonaevallensem (hodie Paris. Lat. 3859) laudat, quorum primus et secundus codices unius eiusdemque collectionis sunt, tertius ab hac collectione descendit. (Cf. Maassen, Quellen I, 821. 833.) Eiusdem collectionis libros Vindobonensem 2171 fol. 24 et Sangallensem 675 fol. 134 contulimus, in quibus sub titulo* LXII. *haec leguntur:* Cān Lugdūns hera III. (Cān Lugduninēns hēr *Sangall.*). Haec vero, quae a nobis inspiratione divina tractata sunt vel finita, quisque excesserit aut implere, quod absit, adversa persuasione neglexerit, quasi divinorum mandatorum transgressor (transgressus *Vind.*) reum se concilium (concilio *Vind.*) fraternitatis futurum (fut. *om. Vind.*) esse cognoscat. — *Verbis* esse cognuscat *statim in cod. R adiungitur decretum:* Domni — praestarimus *et sequitur clausula:* Explicit epistula contra Stephanum tempore Sigismundi regis. *Post haec titulo praemisso:* Incipiunt nomina episcoporum qui subscripserunt *nomina undecim episcoporum scripta sunt, quorum ordo cognoscitur, cum ea, quae in textu exhibemus, non per columnas sed per versus leguntur.*

1) *Cf. conc. Arelat. a. 314. c. 17; Antioch. c. 13 et 22; Sardic. c. 2.* 2) *Cf. Hinschius IV, 814, n. 10; ad v.* cumunioni fratrum *cf. conc. Aurel. a. 511. c. 5.* 3) *Inter antiquos canones nullus invenitur, qui diserte id statuerit, sed vide conc. Nic. c. 8 in fine; ceterum iam S. Cyprianus ep. 55, c. 24 (ed. Hartel, Corpus SS. eccles. Lat. T. III, P. II, p. 642) similem sententiam exprimit; post aliquod tempus constitutio saepius reperitur, cf. infra conc. Aurel. a. 549. c. 12.* 4) *Cf. Hinschius IV, 813, n. 1.*

Uiuentiolus[1] in Christi nomine consensi subscripsi.

Iulianus[2] in Christi nomine consensi subscripsi.

Apollinaris[4] in Christi nomine consensi subscripsi.

Claudius[6] in Christi nomine consensi subscripsi.

Maximus[8] in Christi nomine consensi subscripsi.

Florentius[10] in Christi nomine consensi subscripsi.

Siluester[3] in Christi nomine consensi subscripsi.

Uictorius[5] in Christi nomine consensi subscripsi.

Gregorius[7] in Christi nomine consensi subscripsi.

Saeculatius[9] in Christi nomine consensi subscripsi.

Fylagrius[11] in Christi nomine consensi subscripsi.

Domni quoque gloriosissimi regis sententia secuti id temperamenti praestitemus, ut Stephano praedicto vel Palladiae usque ad orationem plebis, quae post evangelia legitur, orandi in locis sanctis spatium praestarimus[12].

Iulianus[2] subscripsi.

Siluester[3] subscripsi.

Uictorius[5] subscripsi.

Gregorius[7] subscripsi.

Saeculatius[9] subscripsi.

Fylagrius[11] subscripsi.

Apollinaris[4] subscripsi.

Claudius[6] subscripsi.

Maximus[8] subscripsi.

1 uiuenciolus *R* in — subscripsi] episcopus in christi nomine consensi (*vel* consinsi *vel* cōnsi) *R hic et semper* consensi subscripsi] cōn s̄s *K hic et semper* 4 uicturius *R* 8 seculatius *R* 10 filagrius *R, quo in codice, cum decretum prius positum sit et altera subscriptionum series, ut diximus, desideretur, addita post hanc subscriptionem clausula:* Expliciunt nomina episcoporum qui subscripserunt, *concilium finit* 12 domni quoque] *R, de his verbis sola syllaba* que *legi potest K* sententiam *R* 13 stafano *R* 14 legeretur *R*.

1) *ep. Lugdunensis.* 2) *ep. Carpentoratensis.* 3) *ep. Cabilonensis.* 4) *ep. Valentinensis.* 5) *ep. Gratianopolitanus.* 6) *ep. Vesuntionensis.* 7) *ep. Lingonensis.* 8) *ep. Gebennensis.* 9) *ep. Diensis.* 10) *ep. aut Arausicanus aut Tricastinensis.* 11) *ep. Cabellicensis.* 12) *Cf. Duchesne, Origine du culte chrétien p. 193.*

CONCILIUM ARELATENSE*.

524. Iun. 6.

Collati sunt codices Coloniensis 212 (nobis K) fol. 60, cuius etiam orthographicam lectionem servavimus, Phillippsii 1745, nunc Berolinensis, (nobis L) fol. 37, Phillippsii 1743, nunc Berolinensis, (nobis R) fol. 132', Berolinensis 435 (nobis H) fol. 131', Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 138', Parisiensis Lat. 1564 (nobis P) fol. 29', Tolosanus 364 (nobis T) fol. 74', Albigensis 2 (nobis I) fol. 103, Vaticanus Palatinus 574 (nobis N) fol. 55', Vindobonensis 411 (nobis S) fol. 71.

Ediderunt hoc concilium in collectionibus suis Sirmondus I, 207 et Gonzalezius I, 203, quos solos respicimus; Crabbii et Surii textus, ubi a lectionibus nostrorum codicum recedit, sive Merlino sive codice aliquo Pseudoisidoriano nititur.

Inscriptio desideratur in codicibus KTI, in quorum primo canones sine ulla distinctione cum epistula Symmachi papae ad Caesarium episcopum Arelatensem 'Hortatur nos' (Iaffé-W., Reg. n. 764) coniuncti sunt. Reliqui libri inscriptiones proferunt has: Incipit constitutio sanctorum episcoporum, quae in civitate Arelatensi ad dedicationem basilicae sanctae Mariae convenerunt *L.* Incipiunt canones *(add.* ārts *HA)*, qui ad dedicationem basilicae sanctae Mariae *(om. R)* convenerunt *RHA.* Incipit apud Arelate habitum *P.* Synodus Arelatensis *N.* Concilium Arelatense tertium quattuordecim (duodecim *Gonz. cum adn.:* in reliquis praeter A.: quatuordecim) episcoporum habitum era CCCCLXI, Marciano Augusto regnante, Opilione et Vincomalone consulibus, VIII. idus Iulias. *S Gonz.*[1]

Canones in codicibus KLTIN nec numerantur nec distinguuntur; reliqui libri RHAPS in distinguendis et numerandis canonibus valde differunt. Nos priorum editorum exemplum codice S suffragante secuti sumus.

Subscriptiones in omnibus libris manu scriptis praeter N exhibentur; sed etiam in hoc una saltem Caesarii subscriptio, a qua in reliquis codicibus subscriptionum series

*) *In libris editis ante Sirmondum sicut in Hispana hoc concilium* Arelatense III. *insignitur. Sirmondus, qui primus concilium in causa Fausti Lirinensis in urbe Arelatensi habitum in lucem edidit (Concilia Gall. I, 120), quod* Arelatense III. *nominavit, nostro numerum* IV. *attribuit; quod posteriores editores praeter eos, qui solius collectionis Hispanicae rationem habuerunt, imitati sunt.*

1) *Haec notatio chronica falsa est; nam neque annus aerae Hispanicae 461, neque annus, quo Vincomalus et Opilio consules fuerunt, h. e. a. 453. p. Chr. n., anno, quo concilium Arelatense habitum est, sc. a. 524. respondent.*

exorditur, adest, reliquorum vero nominum loco non nisi generaliter adnotatum reperimus quattuordecim episcopos concilio adfuisse. Ceteri codices primum in numero nominum inter se dissentiunt, sed haec varietas librariorum negligentiae adscribenda est et, cum libros inter se comparamus, dubitare non possumus, quin concilio quattuordecim episcopi et quattuor presbyteri ab episcopis missi subscripserint, licet in nullo codice omnes duodeviginti subscriptiones nobis occurrant. Deinde etiam ordinem, quo nomina scripta sunt, alium alii codices praebent. Ob quam diversitatem codices in tres classes discedere statuendum est, quarum primam K, secundam LPSTI, tertiam RHA repraesentant. Ideo tres series, quarum unaquaeque ordinem suae classi proprium reddit, putavimus hic esse describendas, de quibus ultima, ut mox apparebit, sine dubio mendosa est.

Cum in voluntate Dei ad dedicacionem basilicae sancte Mariae in Arelatensi civitate sacerdotis Domini convenissent, congruum eis et rationabile visum est, ut primum de observandis canonibus attentissima sollicitudine pertractantes, qualiter ab ipsis ecclesiastica regola servaretur, salubri consilio definirent.

I. Et quia in ordinandis clerecis antiquorum patrum statuta[1] non ad integrum, sicut expedit, observata esse cognoscitur, ne forte quorumcumque importunis et inordinatis praecibus sacerdotis Domini fatigentur et ea, quae toties sunt praecepta, transgredi compellantur, hoc inter se observandum esse definiunt, ut nullus episcoporum diaconum, antequam viginti et quinque annus impleat, ordinare praesumat, episcopatus vero vel presbyterii honore nullus laicus ante praemissa conversatione[2] vel ante triginta aetatis annus accipiat[3].

II. Et licet de laicis prolixiora tempora antiqui patris ordinaverint observanda, tamen quia crescente ecclesiarum numiro necesse est nobis plures clericos ordinare, hoc inter nos sine praeiudicio dumtaxat canonum constitit antiquorum, ut nullus metro-

11 *Ante* cum *ponitur numerus* I *RA* arelatinsi *A*, arelatense *PNS* 12 eis et] et se *K* ratione *L* 13 adtentissimae sollicitatione *P* tractantes *PTI* 14 ecclesiastice (e-cae) regule (r-lae) servarentur *SGonz.* *ante* salubri *ponitur numerus* I *H*, II *RA* salubre consilium (um *corr. in* o) *K*.

15 *Ante* et quia *ponitur numerus* I *SGonz.* quia] qua *K* antiquorum — expedit *om. praeter syllabam* an *K* 16 sicut] siquod *R* observatam *RHA* cognuscuntur *RHA*, noscuntur *LN* quorumque *N* 17 praecipus *K* *ad v.* quae *Gonz. in adn.:* U.: quae constituta sunt totiens *codd. excepto uno K* 18 *ante* hoc *ponitur numerus* I *P* hoc *om. RHA* se] eos *P* esse *om. P* nullum *R* 19 diāc *L*, diaconem *IGonz.* viginta *R* annis *H* implet *L* *ante* episcopatus *ponitur numerus* III (III∗*R*) *RA* episcopatus] ep̄s *K* 20 presbyteratus *Gonz.* honore] honus *et add.* triginta annorum detur *P*, honorem *codd. praeter K* *ante* nullus *ponitur numerus* II *P* antequam *R* praemissam *NGonz.* conversione *PTIS*, conversionem *NGonz.*, *hic in adn.:* Ae., B. R., U.: conversationem 21 *post* aetatis *add.* suae *et post* annos *add.* officium clericatus *P*.

22 *Ante* et licet *ponitur numerus* II *HSGonz.* liceat *R* prolixiora] *LTISGonz.*, prolectiora *K*, prolexiora *PN*, prolixora *H*, prolixoria *A*, proluxoria *R* observandum *KS* 23 tamen] tam *S* crescent *L*, adcrescent *S*, accrescente *Gonz.* nomirum *R*, numerum *HATI* plure *R* 24 nos] nobis *S* dumtaxa *S* canonum] nonum *S* constet *L*, constit *N*, constituit *S*, convenit *RHA*

1) *Cf. conc. Neocaes. c. 11; Agath. c. 16. 17.* 2) *Cf. conc. Araus. a. 441. c. 22; Arel. inter a. 442—506. hab. c. 2.* 3) *Cf. Thom. P. I, l. II, c. 68, num. 1; Hinschius I, 17, n. 6.*

politanorum cuicumque laico dignitatem episcopatus tribuat, sed nec reliqui pontifices presbyterii vel diaconatus honorem conferre praesumant, nisi anno intigro fuerit ab eis praemissa conversio[1].

III. Nullus paenitentem[2], nullus degamum vel internuptarum maritus[3] in praedictis honoribus audeat ordinare. Et licet haec iam prope omnium canonum statuta contineant, tamen, ne cuicumque sacerdotum supplicantum, sicut iam dictum est, inportunitas vel suggestio iniqua subripiat, necesse fuit, ut nunc severiorem regulam sibi vellent Domini sacerdotes inponire. Et ideo quicumque ab hac die contra ea, quae superius sunt conprehensa, clericum ordinare praesumpserit, ab ea die, qua hoc ei potuerit adprobari, anno integro missas facere non praesumat[4]. Quam rem si quis observare noluerit et contra consensum fratrum faciens missas celebrare praesumpserit, ab omnium fratrum caritate[5] se noverit alienum, quia dignum est, ut severitatem ecclesiasticae disciplinae senciat, qui toties salubriter a sanctis patribus instituta observare contemnit[6].

IV. Et si forte aliquis clericorum regola disciplinae ecclesiasticae subterfugiens fuerit evagatus, quicumque eum susceperit et non solum pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defensare praesumpserit, ab ecclesiae communione privetur[7].

1 laicum *TI* reliqui] aliqui *PTI* pontefices vel diaconi *T* 2 presbyterii *om. PI* diacone I^a, diaconi I^b praesumat *PS* annum integrum *TI* fuerint *L* ab eis fuerit *PTI* ab eis *om. SGonz.*

4 *Ante* nullus *ponitur numerus* III *HPSGonz.*, IIII *RA* nullus deg.] nullus *om. I* dygamum *LN*, digamum *ISGonz.* maritos *TISGonz.*, maritum *LN*, maritis *P* 5 audeat] aut deat *R*, valeat *PTI* *ante* et licet *ponitur numerus* V *RA* *ad v.* omnium *Gonz. in marg.:* T. 1: omnia instituta *SGonz.* 6 contineant] constiterint *S* cuicumque] cui *Sirm.* siquod *R* dictum est] diximus *SGonz.* 7 suggessio *RHAP* *ad v.* iniqua *Gonz. in marg.:* U., G.: aliqua severiore *P* 8 velint *LN*, vellint *S* contra ea *om. PTI* 9 praesumpserint RS^a ea] hac *Sirm.* 10 ei *om. RHA* inprobari *S* missa *S* *ad v.* facere *Gonz. in marg.:* T. 2: agere 11 concessum *S* 12 noverit se *SGonz.* 13 senciat] *L*, sentiant *RHA*, sententiae *K*, sentiat *rel.* quia *L* totiens *codd. praeter K, om. SGonz.* a *om. P* a sanctis *om. RHA* patrum *RHA*, fratribus *TIS* observare *om. K* 14 contemnint *K.*

15 *Ante* et si *ponitur numerus* IIII *HPSGonz.*, V *(lapsu) R*, VI *A* .aliquos K^a regulam (rego-) *codd. praeter K* 16 fugierit *S* evaguatus *L*, evacuatus *TI* et *om. PTI* non solum] illum *S* solo *I* non *om. PTI* 17 ab *om. Sirm.* commun̄ *K.*

1) *Cf. Loening II, 192. 278.* — *Ad v.* praemissa conversio *vide p. 36, n. 2.* 2) *Cf. conc. Epaon. c. 3.* 3) *Ibid. c. 2.* 4) *Cf. Hinschius IV, 736, n. 1.* 5) *Vide supra p. 4, n. 3.* 6) *D. 55 c. 2.* 7) *C. 21 q. 5 c. 4.* — *Cf. conc. Epaon. c. 6.*

Series subscriptionum ex codice K.

Caesarius in Christi nomine episcopus[1] difinitionem hanc sanctorum fratrum vel meam relegi et suscripsi. Notavi sub die VIII. id. Iunias, Opilione v. c. consule.

Contumiliosus episcopus[2] suscripsi.

Cyprianus episcopus[3] suscripsi.

Praetextatus episcopus[4] suscripsi.

39 suscripsi *hic perscribitur, postea semper* s̄s̄ *abbreviatur in cod.* consule] cēs *cod.*

1) *Arelatensis.* 2) *Regensis.* 3) *Telonensis.* 4) *Aptensis.*

Iulianus episcopus[1] suscripsi. Fylagrius episcopus[2] suscripsi. Item Cyprianus episcopus[3] suscripsi.
Maximus episcopus[4] suscripsi. Florentius episcopus[5] suscripsi. Euterius episcopus[6] suscripsi.
Item Florentius episcopus[7] suscripsi. Montanus episcopus[3] suscripsi. Porcianus episcopus[8] suscripsi.
Caelestius episcopus[3] suscripsi. Catafronius presbyter missus a domnis meis Agricio[9] et Seuero[3] episcopis consensi et suscripsi.
[Desiderius presbyter missus a domno meo Iohanne episcopo[10] suscripsi.]
Leontius presbyter missus a domno meo Constantio episcopo[11] suscripsi.
Emeterius directus a domno meo Gallecano episcopo[12] suscripsi.
Explicit

9 *hanc subscriptionem in cod. K omissam ex omnibus reliquis libris addidimus.*

1) *Carpentoratensis.* 2) *Cabellicensis.* 3) *Sedes eius ignota est.* 4) *Aquensis.* 5) *Arausicanus.* 6) *Avenionensis.* 7) *Tricastinensis.* 8) *Diniensis.* 9) *Antipolitanus.* 10) *Foroiuliensis.* 11) *Vapincensis.* 12) *Ebredunensis.*

Series subscriptionum ex codice L cum lectionibus variis codicum PTISN et editionis Gonz.

Caesarius in Christi nomine episcopus definitionem hanc sanctorum fratrum vel meam relegi et suscripsi. Notavi sub die VIII. id. Iunias, Opilione v. c. consule.
[Contumeliosus episcopus suscripsi.]
Fylagrius episcopus suscripsi.
Praetextatus episcopus suscripsi.
Maximus episcopus suscripsi.
Iulianus episcopus suscripsi.
Florentius episcopus suscripsi.
Cyprianus episcopus suscripsi.
Montanus episcopus suscripsi.
Florentius episcopus suscripsi.

19 ego caesarius *TI* cesarius *PISN* christi] dei *N* *post* episcopus *add.* aecclesiae arelatinsis *P* definionem *P* sanctorum *om. N* *post* fratrum *add.* meorum *TIS Gonz.* vel meam *om. PTI* 20 rel̄ *L* suscripsi *in ultimo versu perscribitur, in aliis* ss̄ *semper abbreviatur L; in reliquis libris modo abbreviatum* sūbi, *modo perscriptum* suscripsi *et* subscripsi *legitur* notavi — consule *om. S* notavi] nota *I* iunias] iūl *N* opilioni *P* v. c. consule] c̄c *TI* consule] con s̄s̄ *L* *post* consule *scribitur pro reliquis subscriptionibus, quae desiderantur:* in hanc constitutionem XIIII episcopi subscripserunt *N* 21 *Contumeliosi subscriptio desideratur L, sed non solum in aliis huius classis libris, sed etiam in reliquis omnibus invenitur* suscripsi] consensi et subscripsi *PTIS Gonz., quam formulam ubique habent PTI* 22 *Fylagrii subscriptio desideratur PTI* filargius *S*, Philacrius *Gonz. cum adn.*: Ae.: Filarius; B. R., E. 3, U.: Filagrius 23 *Praetextati subscriptio desideratur PTI* praetaxa *S* 26 *ad. v.* Florentius *Gonz. in marg.*: E. 3: Florentinus 27—28 *Cypriani et Montani subscriptiones desiderantur PTIS* 29 *Florentii subscriptio desideratur PTI* item florentius *S*, *ad v.* Florentius *Gonz. adnotat:* Repeti videntur nomina Florentii et Cypriani: quamobrem duodecim episcopos huic interfuisse concilio ex A. codice recte diximus, quamvis quatuordecim adfuisse scripserint reliqui codices.

Cyprianus episcopus consensi et suscripsi.
Caelestius episcopus consensi et suscripsi.
Portianus episcopus consensi et suscripsi.
† Euchyrius in Christi nomine episcopus consensi et suscripsi.
† Catafronius presbyter directus a domnis meis Agroecio et Siuero episcopus consensi et suscripsi.
† Desiderius presbyter directus a domno meo Iohanne episcopo consensi et suscripsi.
† Leontius presbyter directus a domno meo Constantio episcopo consensi et suscripsi.
† Emiterius directus a domno meo Gallicano episcopo consensi et suscripsi.

1 ciprianus *I* cons. et suscr.] s̄s̄ *S*, subscripsi *Gonz. hic et postea vv. 5. 7. 9 exceptis* 2 celestius *P*, caelestinus *T*, celestinus *IS*, Coelestinus *Gonz. in textu, in marg.:* Ae., B. R.: Coelestius 4 *signum crucis hic et semper om. codd. praeter L* euchirius *P*, eucerius *TIS*, Eucherius *Gonz.* in christi nomine *om. codd. praeter L* 5 *Catafronii subscriptio desideratur PTI* agritio *S*, Agricio *Gonz.* seuero *SGonz.* 7 ego desiderius *PTISGonz.* desiderios *P* directus] districtus *P* iohann *P*, ioahnne *I*, Ioanne *Gonz.* 8—9 *Leontii et Emiterii subscriptiones desiderantur PTI* 8 Constantino *Gonz. in textu, in marg.:* Ae., T. 1: Constantio 9 ego emeterius *S*, Ego Hemeterius *Gonz.* galliano *S*, Galliciano *Gonz.* *post subscriptiones add.:* explicit feliciter amen *TI*.

Series subscriptionum ex codicibus RHA.

Incipiunt nomina episcoporum qui subscripserunt:
Caesarius in Christi nomine episcopus definitionem nostram relegi et subscripsi. Notavi die iūn op̄ ū.
Contumiliosus episcopus subscripsi.
Maximus episcopus subscripsi.
Florentius episcopus subscripsi.
Caelestinus episcopus subscripsi.
Euchirius episcopus subscripsi.
Desiderius episcopus subscripsi.
Emerius episcopus subscripsi.
Filagrius episcopus subscripsi.
Iulianus episcopus subscripsi.
Cyprianus episcopus subscripsi.
Portianus episcopus subscripsi.
Catafronius episcopus subscripsi.
Leontius episcopus subscripsi.
Expliciunt canones Arelatensis tempore Segismundi regis.

20 subscribuntur *A* 21 cesarius *H* *supra v.* episcopus *ab antiqua manu scriptum est:* arelatensis episcopus *R* 22 subscripsi] subi *hic et semper R*, sub *hic*, *postea* subscrip *H*, sub *hic et semper A* die iūn op̄ ū *sic codd. Cf. notam temporis, quae in ceteris libris Caesarii subscriptioni adiecta est.* 23 contumeliosus *H* 33 porcianus *H* 36 expliciunt — regis *om. HA*.

CONCILIUM CARPENTORATENSE.

527. Nov. 6.

Acta huius concilii duabus partibus consistunt, canone scilicet uno et epistula synodica. Codices Coloniensis 212 (nobis K) fol. 61, Phillippsii 1745, nunc Berolinensis, (nobis L) fol. 39', Vaticanus Palatinus 574 (nobis N) fol. 57 canonem solum exhibent, epistulam omittunt. Acta integra, h. e. et canon et epistula post eum posita, solum in his libris inveniuntur: in cod. Phillippsii 1743, nunc Berolinensi, (nobis R) fol. 135, Berolinensi 435 (nobis H) fol. 133, Parisiensi Lat. 3846 (nobis A) fol. 140, Vaticano 3827 (nobis B) fol. 91, quos quattuor libros, ubi inter se consentiunt, littera β significamus; litteram α adhibemus, ubi soli HAB inter se conveniunt. In canone reddendo codicis K rationem scribendi verba secuti sumus, in epistula orthographiam libri H servavimus.

Adferunt acta eaque integra Crabbius I, 341, Surius I, 725, Sirmondus I, 212, canonem solum Gonzalezius I, 267.

Inscriptiones, quae concilio in codicibus praefiguntur, sunt hae: Incipiunt canones Carpintoratinsis *K.* Incipit constitutio habita Carpentoratae *L.* Synodus Carpentoratensis *N.* Constitutio sanctorum episcoporum in civitate (in civ. *om. R*) Carpentoratinsium (Carpentoratense *R*)β.

Subscriptiones canoni subiunguntur in omnibus libris praeter N, ubi earum loco scriptum est: In hac constitutionem subscripserunt episcopi XV.

Libri K et L, qui quindecim subscriptiones praebent, non modo in numero, sed etiam in ordine earum concordant, in eo tantum diversi, quod alter nomina in una, alter in tribus columnis exhibet. In libris β post canonem et iterum post epistulam eadem subscriptionum series invenitur, quarum ordo, quamquam a libris K et L differt, tamen facile ab eorum ordine derivari potest. At codices β etiam nomen episcopi Vindemialis adferunt, quod in libris K et L deest. Neque omittendum hanc seriem uno nomine auctiorem eo adiuvari, quod in tabula codicis K nostrum concilium ita indicatur: Canon Carpintoratinsis episcoporum XVI.

Temporis nota subscriptioni Caesarii inserta solum in libris K et L recte legitur.

Licit omnia, quae ecclesiastica regula praecipit observari, in multis canonibus conteneantur inserta, nascuntur tamen causae, pro quibus necesse habent sacerdotes Domini, quod ad iustitiam pertenit, secundum disciplinam ecclesiasticam ordinare. Et ideo, quia Carpintorate convenientes huiusmodi ad nos quaerilla pervenit, quod ea, quae a quibuscumque fidilibus parrociis conferuntur, ita ab aliquibus episcopis praesumantur, ut aut parum aut prope nil ecclesiis, quibus conlata fuerant, relinquatur, hoc nobis iustum et rationabile visum est, ut, si ecclesia civitatis eius, cui episcopus praeest, ita est idonaea, ut Christo propitio nihil indegiat, quidquid parrociis fuerit derelictum, clerecis, qui ipsis parrociis deserviunt, vel reparationibus basilicarum rationabiliter dispensetur. Si vero episcopum multas expensas et minorem substantiam habere constiterit, parrociis, quibus largior fuerit conlata substantia, hoc tantum, quod clericis vel sarchetictis[1] rationabiliter sufficiat, reservetur; quod autem amplius fuerit, propter maiores expinsas episcopus ad se debeat revocare, ita tamen ut nihil de facultatola[2] ipsa vel de ministerio clerici loci ipsius licentiam habeant menuendi[3].

Hoc aetiam placuit custodiri, ut sequenti anno in vico Uasensi VIII. id. Novembris debeat concilium congregari.

1 *Initium canonis usque ad verba* carpentorate convenientes *om. NGonz.* *ante* licit *ponitur numerus* 1 *R* omni *K* eccleastica *K* recepit *R* 2 noscuntur *α* sacerdote *R* 3 ad *om. R* ecclesiastica *HA* 4 quia *om. B* carpentorate *LβN* quod ea quae] quae ea *L* 5 quibusdam *Crab. Sur.* parrochiis *H hic et semper*, parrochius *B* 6 nil] nihil *codd. praeter K* ecclesias *K* quibusque *R* relinquantur *N* 7 hoc] haec *β* eius] ei *B*, *Gonz. in marg.:* U., G.: huius cui] cuius *L* 8 christo prop. nihil] ipsa nullius *Crab. Sur.* propitio *om. β* 9 in *add. ante* ipsis *Crab. Sur.* basilicarum] ecclesiarum *β* 10 ep̄s *K* expinsa *R* et] vel *Gonz. in textu cum adn.:* Ae.: sed, B. R., T. 1. 2, U., G.: et 12 quod] quo *L* sarchitectis *LH*, sarchitictis *RAB*, sarcetectis *N*, architectis *Crab. Sur. Gonz.*, sartis tectis *Sirm. ex coniect.* servetur *L* 13 epi *KR*, ep̄si *L* debeant *L* 14 facultaticula (f — cola) *αN* ipse *Gonz. in textu cum adn.:* B. R., T. 1. 2, U., G.: ipsa ministerii (ministeriis) clericorum *Crab. Sur.* cleri *Gonz.* habeat *Crab. Sur. Gonz.* 15—16 hoc — congregari *om. β* uuasensi *N* VIII. id. nov. *om. NGonz.*

1) *Vide Du Cange sub v. 'sarcitectus'.* 2) *Vide eund. sub v. 'facultaticula'.* 3) *Cf. Loening II, 635; Hinschius II, 265, n. 3.*

Series subscriptionum ex codicibus K et L.

Caesarius in Christi nomine episcopus[1] constitutionem nostram relegi et subscripsi. Notavi sub die VIII. id. Novembris, Mauortio v. c. consule.

Contumeliosus episcopus[2] subscripsi. Iulianus episcopus[3] subscripsi. Cyprianus episcopus[4] subscripsi.

Constantius episcopus[5] subscripsi. Fylagrius episcopus[6] subscripsi. Porcianus episcopus[7] subscripsi.

32 *In codice L, ubi nomina in unam columnam posita sunt, Contumeliosum Iulianus, hunc Cyprianus, tum Constantius et deinceps reliqui sequuntur* 33 relegi] rel̄ *KL* subscripsi] s̄s̄ *KL hic et semper* 34 notavi] not̄ *KL* v. c. consule] ū ū c̄ c̄ cons̄s̄ *K*, ū c̄ conl̄ *L* 35 contumiliosus *L* episcopus *om. in subscriptione Contumeliosi et Juliani, postea semper pro* episcopus *scribitur* peccator *L* subscripsi] consensi et s̄s̄ *L hic et semper* ioynanoc *L* 37 portianus *L*

1) *Arelatensis.* 2) *Regensis.* 3) *Carpentoratensis.* 4) *Telonensis.* 5) *Vapincensis.* 6) *Cabellicensis.* 7) *Diniensis.*

Eucherius episcopus[1] subscripsi.
Gallecanus episcopus[2] subscripsi.
Prosper episcopus[3] subscripsi.
Aletius episcopus[4] subscripsi.
Uranius episcopus[5] subscripsi.
Heraclius episcopus[6] subscripsi.
Lupercianus episcopus[7] subscripsi.
Principius episcopus[5] subscripsi.
[Uindimialis episcopus[8] subscripsi.]

1 gallicanus *L* 5 *Vindimialis subscriptio desideratur KL, cf. praemonitionem nostram.*

1) *Avenionensis.* 2) *Ebredunensis.* 3) *Vinciensis.* 4) *Vasionensis.* 5) *Civitas ignota est.* 6) *Tricastinensis.* 7) *Foroiuliensis.* 8) *Arausicanus.*

Series subscriptionum ex codicibus β.

Nomina episcoporum qui subscripserunt:
Caesarius in Christi nomine episcopus constitutionem nostram relegi et subscripsi. Notavi sub die VII.
Contomiliosus consensi et subscripsi.
Iulianus consensi et subscripsi.
Filagrius consensi et subscripsi.
Euchirius consensi et subscripsi.
Prusper consensi et subscripsi.
Oranius consensi et subscripsi.
Lopercianus consensi et subscripsi.
Uindimialis consensi et subscripsi.
Cyprianus consensi et subscripsi.
Constantius consensi et subscripsi.
Portianus consensi et subscripsi.
Gallicanus consensi et subscripsi.
Alicius consensi et subscripsi.
Heraclius consensi et subscripsi.
Principius consensi et subscripsi.
Explicit.

11 *Nomina terna in unoquoque versu collocantur B* 12 cesarius *H* 13 relegi] relg̃ *HA*, relegit *B* et *om. B* subscripsi] subi̅ *R*, sub̅ *α hic et semper* notavi] not̅ *β* 14 contumeliosus *H*, contumiliosus *AB*[b] *add.* eps̅ *hoc uno loco R* consensi] cons̅ *β hic et semper* 16 filacrius *R* 17 *Euchirii subscriptio desideratur R* 18 prosper *α* 20 lopertianus *HA* 25 galligcor̅ *R* 26 aletius *α*.

Domino sancto ac venerabili fratri Agroetio episcopo[1] Cesarius episcopus et ceteri episcopi in Carpentoratensi synodo congregati.

Licet ad synodum aut per vos aut per personam vicariam debueritis adesse, ut ordinationis tuae, quam fecisse diceris, in synodali conventu redderis rationem, ut, si

35 agroitio *R* caesarius *RAB* 36 synodo congregati *om. R* 37 licet ad *om. R* 38 dicens *R*

1) *Antipolitano.*

recte feceras, absolutus cum caritate Deo propicio remearis, sin certe transgressorem te canonum esse constaret, presenti denunciatione cognusceris, ut Deo medio prolata sententia aut percelleret reum aut absolveret supplicantem, quia, licet sacerdotibus canonis ignorare non liceat, tamen paene levior error fuerat, si per ignorantiam deliquisses, quam ut eorum, quos tua vel vicarii tui manus subscripserat [1], canonum transgressor existeris. Ad nunc vero duplici reatu teneris adstrictus, cum non solum contra venerabilium patrum, sed etiam contra tua venisse decreta temere conprobaris. Quapropter hoc communi in Christo deliberatione sancimus, ut, quia filium nostrum Protadium contra statuta ordinavisti, canonibus sententia inserta vos constringat et usque emenso anno missas facere non presumas, quia aequum est, ut, quod apud antestites Deo medio statuetur, inviolabiliter Deo propicio conservetur. Quae enim observationis reverentiam a posteris exhibebitur, si ab eis primum lex, a quibus constituta est, violatur?

Cesarius episcopus subscripsi.
Cyprianus episcopus subscripsi.
Constantius episcopus subscripsi.
Porcianus episcopus subscripsi.
Gallicanus episcopus subscripsi.
Aletius episcopus subscripsi.
Heraclius episcopus subscripsi.
Principius episcopus subscripsi.
Contumeliosus episcopus subscripsi.
Iulianus episcopus subscripsi.
Filagrius episcopus subscripsi.
Euchirius episcopus subscripsi.
Prosper episcopus subscripsi.
Oranius episcopus subscripsi.
Lopertianus episcopus subscripsi.
Uindimialis episcopus subscripsi.
Explicit.

1 deo propicio] Dei *Crab. Sur.* propicio remearis] propitionem ea ris *R* transgressorem te] transgresso remitte *H* 2 cognoscereris *edd.* 5 quos tua *scripsimus*, custodia *codd. et Crab. Sur.*, quibus tua *Sirm.* subscripserant *α*, subscriptione *Crab. Sur.* 7 tuam *R* 8 deliberaciones ∗ ancximus *R* sanximus *Sirm.* prottidium *B* 9 *locus inde a v.* contra *usque ad vv.* constringat et *a nobis restitutus in codd. ita legitur:* intra statuta (*R*, statutum *HA*, statutam *B*) canonibus sententia (*HAB*, sentenciam *R*) vos inserta constringent. *Lectionem hanc:* statuta canonibus per vos inserta et vos simili sententiae constringent *Crabbius proposuit, quam solis vocibus* sententiae constringent *in* sententia constringunt *mutatis Surius, Sirmondus, reliqui editores approbaverunt* 10 emenso *scripsimus cum Sirm.*, em̄ | so *R*, emisso *α* antestis *HA* 12 reverentiam *sic cum codd. scripsimus* 14 *subscriptiones hoc modo exhibentur, ut unusquisque versus unam solam contineat RHA, nisi quod Caesarii et Cypriani subscriptiones in unum versum comprehensae sunt H; singuli versus terna nomina continent B* caesarius *RB* subscripsi] subi *R*, subscrip̄ *H hic et semper, semel* subscripsit *deinde* sub̄ *AB* 17 portianus *R* 20 herachius *R* 22 contomiliosus *R*, contumiliosus *A* 26 prusper *R* 28 lopercianus *RB* 29 uindimius *R*.

1) *Epistula hic respicit concilium Arelatense a. 524, quod etiam vicarius Agroetii episcopi subscripsit; vide supra p. 38, v. 7.*

Eucherius episcopus[1] subscripsi.
Gallecanus episcopus[2] subscripsi.
Prosper episcopus[3] subscripsi.
Aletius episcopus[4] subscripsi.
Uranius episcopus[5] subscripsi.
Heraclius episcopus[6] subscripsi.
Lupercianus episcopus[7] subscripsi.
Principius episcopus[5] subscripsi.
[Uindimialis episcopus[8] subscripsi.]

1 gallicanus *L* 5 *Vindimialis subscriptio desideratur KL, cf. praemonitionem nostram.*

1) *Avenionensis.* 2) *Ebredunensis.* 3) *Vinciensis.* 4) *Vasionensis.* 5) *Civitas ignota est.* 6) *Tricastinensis.* 7) *Foroiuliensis.* 8) *Arausicanus.*

Series subscriptionum ex codicibus β.

Nomina episcoporum qui subscripserunt:
Caesarius in Christi nomine episcopus constitutionem nostram relegi et subscripsi. Notavi sub die VII.
Contomiliosus consensi et subscripsi.
Iulianus consensi et subscripsi.
Filagrius consensi et subscripsi.
Euchirius consensi et subscripsi.
Prusper consensi et subscripsi.
Oranius consensi et subscripsi.
Lopercianus consensi et subscripsi.
Uindimialis consensi et subscripsi.
Cyprianus consensi et subscripsi.
Constantius consensi et subscripsi.
Portianus consensi et subscripsi.
Gallicanus consensi et subscripsi.
Alicius consensi et subscripsi.
Heraclius consensi et subscripsi.
Principius consensi et subscripsi.
Explicit.

11 *Nomina terna in unoquoque versu collocantur B* 12 cesarius *H* 13 relegi] relg̃ *HA*, relegit *B* et *om. B* subscripsi] subi̇ *R*, sub̄ *α hic et semper* notavi] not̄ *β* 14 contumeliosus *H*, contumiliosus *AB*[b] *add.* ep̄s *hoc uno loco R* consensi] con̄s *β hic et semper* 16 filacrius *R* 17 *Euchirii subscriptio desideratur R* 18 prosper *α* 20 lopertianus *HA* 25 galligc̄or *R* 26 aletius *α*.

Domino sancto ac venerabili fratri Agroetio episcopo[1] Cesarius episcopus et ceteri episcopi in Carpentoratensi synodo congregati.

Licet ad synodum aut per vos aut per personam vicariam debueritis adesse, ut ordinationis tuae, quam fecisse diceris, in synodali conventu redderis rationem, ut, si

35 agroitio *R* caesarius *RAB* 36 synodo congregati *om. R* 37 licet ad *om. R* 38 dicens *R*

1) *Antipolitano.*

recte feceras, absolutus cum caritate Deo propicio remearis, sin certe transgressorem te canonum esse constaret, presenti denunciatione cognusceris, ut Deo medio prolata sententia aut percelleret reum aut absolveret supplicantem, quia, licet sacerdotibus canonis ignorare non liceat, tamen paene levior error fuerat, si per ignorantiam deliquisses, quam ut eorum, quos tua vel vicarii tui manus subscripserat[1], canonum transgressor existeris. Ad nunc vero duplici reatu teneris adstrictus, cum non solum contra venerabilium patrum, sed etiam contra tua venisse decreta temere conprobaris. Quapropter hoc communi in Christo deliberatione sancimus, ut, quia filium nostrum Protadium contra statuta ordinavisti, canonibus sententia inserta vos constringat et usque emenso anno missas facere non presumas, quia aequum est, ut, quod apud antestites Deo medio statuetur, inviolabiliter Deo propicio conservetur. Quae enim observationis reverentiam a posteris exhibebitur, si ab eis primum lex, a quibus constituta est, violatur?

Cesarius episcopus subscripsi.
Cyprianus episcopus subscripsi.
Constantius episcopus subscripsi.
Porcianus episcopus subscripsi.
Gallicanus episcopus subscripsi.
Aletius episcopus subscripsi.
Heraclius episcopus subscripsi.
Principius episcopus subscripsi.
Contumeliosus episcopus subscripsi.
Iulianus episcopus subscripsi.
Filagrius episcopus subscripsi.
Euchirius episcopus subscripsi.
Prosper episcopus subscripsi.
Oranius episcopus subscripsi.
Lopertianus episcopus subscripsi.
Uindimialis episcopus subscripsi.
Explicit.

1 deo propicio] Dei *Crab. Sur.* propicio remearis] propitionem ea ris *R* transgressorem te] transgresso remitte *H* 2 cognoscereris *edd.* 5 quos tua *scripsimus*, custodia *codd. et Crab. Sur.*, quibus tua *Sirm.* subscripserant *α*, subscriptione *Crab. Sur.* 7 tuam *R* 8 deliberaciones∗ancximus *R* sanximus *Sirm.* prottidium *B* 9 *locus inde a v.* contra *usque ad vv.* constringat et *a nobis restitutus in codd. ita legitur:* intra statuta (*R*, statutum *HA*, statutam *B*) canonibus sententia (*HAB*, sententiam *R*) vos inserta constringent. *Lectionem hanc:* statuta canonibus per vos inserta et vos simili sententiae constringent *Crabbius proposuit, quam solis vocibus* sententiae constringent *in* sententia constringunt *mutatis Surius, Sirmondus, reliqui editores approbaverunt* 10 emenso *scripsimus cum Sirm.*, em̄ | so *R*, emisso *α* antestis *HA* 12 reverentiam *sic cum codd. scripsimus* 14 *subscriptiones hoc modo exhibentur, ut unusquisque versus unam solam contineat RHA, nisi quod Caesarii et Cypriani subscriptiones in unum versum comprehensae sunt H; singuli versus terna nomina continent B* caesarius *RB* subscripsi] subi *R*, subscrip̄ *H hic et semper, semel* subscripsit *deinde* sub̄ *AB* 17 portianus *R* 20 herachius *R* 22 contomiliosus *R*, contumiliosus *A* 26 prusper *R* 28 lopercianus *RB* 29 uindimius *R*.

1) *Epistula hic respicit concilium Arelatense a. 524, quod etiam vicarius Agroetii episcopi subscripsit; vide supra p. 38, v. 7.*

CONCILIUM ARAUSICANUM*.

529. Iul. 3.

Collati sunt codices Coloniensis 212 (nobis K) fol. 102, Phillippsii 1745, nunc Berolinensis, (nobis L) fol. 44, Phillippsii 1743, nunc Berolinensis, (nobis R) fol. 136', Berolinensis 435 (nobis H) fol. 133', Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 141, Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 92 (ubi HAB inter se consentiunt, signo α, ubi RHAB, signo β usi sumus), Parisiensis Lat. 1451 (nobis F) fol. 92, Vaticanus Palatinus 574 (nobis N) fol. 35', de quibus in orthographia observanda codicem K secuti sumus.

Adferunt hoc concilium in collectionibus suis Crabbius I, 339', Surius I, 722, Sirmondus I, 215.

Inscriptiones in codicibus leguntur hae: Incipiunt canones Arausicorum *K.* In Christi nomine *(haec verba om. F)* incipit constitutio episcoporum in civitate Arausica de gratia et libero arbitrio *LF.* Incipiunt canonis Arausici (Araosici α) de liberum arbitrium vel diversis condicionibus de re ipsa necessariis per eras (heras *HA*, aeras *B*) absque capitulis requirendum β. Synodus Arausica de gratia et libero arbitrio *N.*

Acta huius concilii e duabus partibus, canonibus scilicet et definitione fidei, constant; canones vero non a patribus concilii concepti, sed pro iis 'capitulis' habendi sunt, quae, ut in praefatione concilii legitur, ab apostolica . . sede transmissa, . . ab antiquis patribus de sanctarum scripturarum voluminibus in hac praecipuae causa collecta sunt, *quae itidem in initio fidei definitionis* sanctarum scripturarum sententiae vel antiquorum patrum definitionis *ab episcopis appellantur. Et certe iam diu viris harum rerum peritis non incognitum est e canonibus viginti quinque Arausicanis canones IX. et XI—XXV. ad verbum cum nonnullis 'sententiis' S. Prosperi*[1] *consentire, reliquos vero, canones scilicet I—VIII. et X, cum locis ex variis S. Augustini scriptis quam maxime cohaerere. Primi octo canones, qui non pariter in 'sententiarum' modum concepti sunt ac posteriores, reperiuntur iisdem verbis sub numeris III—X. in collectione undeviginti capitulorum, quae in codice aliquo S. Maximini Trevirensis exstare dicitur, ex quo primum in lucem edita est a Labbeo*[2] *sub titulo hoc:* Incipiunt capitula S. Augustini in urbe Roma transmissa[3].

*) *Synodus in libris editis* Concilium Arausicanum II. *insignitur.*

1) *Liber Sententiarum ex Operibus S. Augustini delibatarum (Migne, Patrol. Lat. LI, 427).* 2) *Concilia T. IV, p. 1676.* 3) *Eadem capitula etiam in cod. Lucensi 490 leguntur, ut refert Mansi VIII, 722, not. a. Cf. de his capitulis Maassen, Quellen I, 349, n. 6; de cod. Luc. 490 ibid. 508 et Bibl. Lat. iuris canonici manu scripta I. (Szb. d. ph.-h. Cl. d. kais. Akad. d. Wiss. LIII, 380.)*

Capitula eiusdem argumenti sub titulo: Auctoritates praeteritorum sedis apostolicae episcoporum de gratia et libero voluntatis arbitrio *iam in collectione Dionysii Exigui cum epistula Caelestini papae ad Galliarum episcopos*[1] *coniuncta et tamquam pars eius nobis tradita sunt; praeterea scimus tempore Hormisdae papae similia capitula Romae 'in scriniis ecclesiasticis' fuisse*[2]. *Sed quando et a quo papa S. Caesarius, qui concilio Arausicano praesedit, capitula a concilio postea approbata acceperit, nulla ratione constat*[3]. *Argumenta a Kaltenbrunnero proposita, quibus demonstrare studet haec capitula a papa Felice IV. (526—530.) missa esse, falsa sunt neque difficile est ea refellere*[4].

Acta huius concilii et inter ea praecipue canonibus quae iuncta est fidei confessio confirmata sunt litteris Bonifacii papae II. ad Caesarium episcopum Arelatensem 'Per filium nostrum'[5], *quae in duabus antiquis collectionibus conciliorum reperiuntur. Altera earum est collectio, quam appellamus a codice manu scripto Laureshamensi (hodie Vaticano Palatino 574)*[6]; *hic in tabula collectioni praemissa sub n. XX.* Auctoritas S. papae Bonifatii, per quam infra scripta synodus confirmata est, *et sub n. XXI.* Synodus de gratia et libero arbitrio *adferuntur, in corpore vero collectionis sub uno n. XXI. (XX. deest) prius concilium, deinde epistula exhibentur. Altera est collectio a codice manu scripto S. Mauri (hodie Parisiensi 1451) nominata, in qua epistula invenitur post capitulorum indicem hac adnotatione illustrata:* In hoc loco

1) *Jaffé-W., Reg. n. 381. Cf. Maassen, Quellen I, 255, n. 12.* 2) *Cf. c. 5 epistulae Hormisdae papae ad Possessorem episcopum 'Sicut rationi' (Jaffé-W., Reg. n. 850).* 3) *Coustant, Epistolae Romanorum pontificum p. 1179 sq., et fratres Ballerinii, S. Leonis M. Opera II, 719 sq., demonstraverunt has 'auctoritates' a Prospero Aquitano conceptas esse.* 4) *Jaffé-W., Reg. n. 875. Ibi enim Kaltenbrunnerus haec scribit: 'Episcopis Galliae mittit (sc. papa Felix IV.) »capitula« e veterum patrum praecipue S. Augustini dictis desumpta de gratia et libero arbitrio. In fine proclamat damnationem Pelagii, Caelestii, Iuliani Eclanensis et »praecipue librorum Fausti Galliarum episcopi, qui de monasterio Lirinensi provectus est«. (Fragmenta). [Capitula haec ab antiquis scriptoribus et collectoribus, quorum primus est Petrus Diaconus in Libro de incarnatione et gratia D. N. I. Christi ap. Gallandium, Vet. Patr. Coll. XI, 230 (Migne LXII, 91), Coelestino I. papae ascripta a Coustant p. 1179 Prospero Aquitano tribuuntur. Sed anathematismi, quos solus praebet laudatus Petrus Diaconus, tempori Coelestini I. et Prosperi minime quadrant, optime autem pontificatui Felicis IV., qui in hac re aliunde agebat et cuius temporibus synodus Auresicana (sic) II. in causa Fausti a. 529. congregata (ap. Mansi VIII, 721) »pauca capitula ab apostolica sede transmissa habebat«. Sed patet ex epist. Hormisdae supra ep. 850 iam pridem »capitula« de hac re a sede apostolica emissa esse.] »Cum enim« »His ergo«.' — Sic Kaltenbrunnerus; sed nobis exploratum est eum a vero deflexisse. Nam Petrus Diaconus duo illa fragmenta: 'Cum enim' et 'His ergo', quae laudat, sumpsit e capitibus VIII. et IX. 'auctoritatum' epistulae Caelestini papae I. iunctarum, quas integras habemus et de quibus iam locuti sumus. Postquam haec duo fragmenta adduxit, Petrus Diaconus sic pergit: 'Terminat autem idem magister hanc ipsam epistulam atque concludit ita dicens: »Quia ad — contrarium«', his verbis tertium locum ex iisdem 'auctoritatibus' laudans, quem vero K. memorare neglexit; tum sequuntur anathematismi, qui tamen non, uti K. putavit, ex 'auctoritatibus' a Petro adferuntur, sed re vera eius sociorumque propria fidei definitio sunt. Ut alia omittamus, non intellegimus, quomodo fieri potuerit, ut K. 'auctoritates', quas iam in collectione Dionysii Exigui reperimus, et 'anathematismos', quos Petrus in suo libro probante Gallandio a. 520. vel 521. scripto sive ipse pronuntiavit, sive, ut K. opinatur, non nisi laudavit, pontificatui Felicis IV. (526—530.) optime quadrare contenderet.* 5) *Jaffé-W., Reg. n. 881 (a. 531. Ian. 25.). Cf. Maassen, Quellen I, 296, § 290, n. 1.* 6) *Cf. ibid. p. 588.*

continetur (continentur *cod.*) sinodus Aurausicae, quam (quae in *cod.*) per auctoritatem sanctus papa Bonefatius confirmavit. Et ideo quicumque (quicū *cod.*) aliter de gratia et libero arbitrio crediderit, quam (quem *cod.*) vel ista auctoritas (auctoritatis *cod.*) continet vel in illa synodo (synodi *cod.*) constitutum est, contrarium se sede apostolicae et universe per totum mundum ecclesiae esse cognoscat. Continentur aetiam in hoc codicae sacramenti, quorum utrum sententiae et quam sinodum Aurausica prius sit facta quam auctoritas, ista tamen per reverentia sedis apostolicae hoc mihi iustum visum est, ut prius domni papae auctoritatis scriberetur[1]. *Praecedit ergo in hoc codice epistula canones; ultimus autem canon imperfectus est et fidei definitio subscriptionesque desunt.*

Subscriptionum series in codicibus KLN non valde differunt; varietas in eo consistit, quod in codice K duae subscriptiones desiderantur, quae in libris LN exhibentur. Item in libris β duae subscriptiones omittuntur, praeterea nominum ordo diversus est, qui tamen facili negotio ab ordine trium reliquorum codicum duci potest. Textus noster, quae sit subscriptionum series in utraque classe, ostendit.

Cum ad dedicationem basilicae, quam inlustrissimus praefectus et patricius filius noster Liberius in Arausica civitate fidilissima devotione construxit, Deo propitiante et ipso invitante convenissimus et de rebus, quae ad ecclesiasticam regulam pertinent, inter nos spiritalis fuissit oborta conlatio, pervenit ad nos esse aliquos, qui de gratia et libero arbitrio per simplicitatem minus cautae et non secundum fidei catholicae regulam sentire velint. Unde id nobis secundum admonitionem et auctoritatem sedes apostolicae iustum ac rationabile visum est, ut pauca capitula ab apostolica nobis sede transmissa, quae ab antiquis patribus de sanctarum scripturarum voluminibus in hac praecipuae causa collecta sunt, ad docendos eos, qui aliter quam oportit sentiunt, ab omnibus observanda proferre et manibus nostris suscribere deberimus. Quibus lectis qui hucusque non sicut oportebat de gratia et libero arbitrio crededit, ad ea, quae fidaei catholicae conveniunt, animum suum inclinare non differat.

I. Si quis per offensam praevaricationis Adae non totum, id est secundum corpus et animam, in deterius dicit hominem commutatum, sed animae libertate inlaesa

16 *Signum crucis initio textus ponitur L* ad *om. F* 17 aurausica *HA* deum propitiantem *F* 18 invitante] incivitante *B*, in civitate *F* quae ad] que ea de *HB* 19 nos *om. R* aborta *K* 20 per simplicitatem *om. Crab. Sur.* cautae] *K*, cauti *F*, caute *rel.* 21 vellint HA^aB, vellent *F* id] et *β* admonitionem] unitionem *F* 23 de sanctarum] decreto *β*, de certis *Crab. Sur.* 24 collecta] collata *Crab. Sur.* docendos] instruendos *K* qui] quia R^aHA^a qui aliter] qualiter *F* 25 deberimus] de rebus *F* lectis] licit *K* 27 non] con *B* differat] *LF*, differit *K*, defferant R^a, differant $R^b\alpha$, deferant *N*.

28 tutum L^a 29 libertatem R^aHA^aB

1) *Textus inde a v.* Continentur *corruptissimi emendationem proponere omisimus, idque eo magis, quod sensus non difficulter cognoscitur. — Huius adnotationis particulas ex eodem codice iuris publici fecit Sirmondus, Conc. Gall. I, 222. Ibidem alterum codicem consimilem memorat, qui tunc erat in Bibliotheca S. Mariae Laudunensis, quem tamen nunc nescimus, nisi forte idem est qui codex Vatic. Regin. 1127, quo eadem collectio ac codice Paris. Lat. 1451 continetur.*

durante corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagii errore deceptus adversatur scripturae dicenti: *Anima, quae peccaverit, ipsa morietur;* et: *Nescites quoniam cui exhibetis vos servos ad oboediendum, servi estis eius, cui oboedites?* et: *A quo quis superatur, eius et servus addicitur.* Ezech. 18, 20. Rom. 6, 16. 2. Pet. 2, 19.

II. Si quis soli Adae praevaricationem suam, non et eius propagini adserit nocuisse aut certe morte tantum corporis, quae poena peccati est, non autem et peccatum, quod mors est animae, per unum hominem in omne genus humanum transisse testatur, iniustitiam Deo dabit contradicens apostolo dicenti: *Per unum hominem peccatum intravit in mundo et per peccatum mors et ita in omnis homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* Rom. 5, 12.

III. Si quis invocatione humana gratiam Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facire, ut invocetur a nobis, contradicit Isaiae prophetae vel apostolo idem dicenti: *Inventus sum non quaerentibus me; palam apparui his, qui me non interrogabant.* Is. 65, 1. Rom. 10, 20.

IV. Si quis, ut a peccato purgemur, volumtatem nostram Deum expectare contendit, non autem, ut etiam purgari vellimus, per sancti Spiritus infusione et operationem in nos fieri confitetur, resistit ipsi Spiritui sancto per Salomonem dicente: *Praeparatur volumtas a Domino;* et apostulo salubriter praedicanti: *Deus est, qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona volumtate.* Prov. 8, 35 iuxta LXX. Phil. 2, 13.

V. Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei ipsumque credulitatis affectum, quo in eum credimus, qui iustificat impium, et ad regenerationem sacri baptismatis pervenimus, non per gratiae donum, id est per inspirationem Spiritus sancti corrigentem volumtatem nostram ab infidilitatem ad fidem, ab impietatem ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit, apostolicis dogmatibus adversarius adprobatur beato Paulo dicente: *Confidimus quia, qui coepit in vobis bonum opus, perficiet usque in die Christi Iesu;* et illud: *Vobis datum est pro Christo non solum, ut in eum credates, verum etiam, ut pro illo patiamini;* et: *Gratia salvi facti estes per fidem, et hoc non ex vobis, Dei enim* Phil. 1, 6. Ibid. 1, 29. Ephes. 2, 8.

2 scripturae *om. F* peccat *LRABF* 3 exhibistes *K* servos] servum L^a oboedistis L^aHN, oboedietis *F* et *om. F* 4 additur *K*.

5 si *om. F* soli adae] solet de *H* ade *AB* 6 certem L^a mortem *LN* peccati — et *om. F* 7 hominem *om. F* 8 testatus R^aHB dicente βN 9 in mundum intravit *N* intrabit $R^a\alpha F$ mundum L^bR^bAFN et ita *om. Crab. Sur.* 10 *add.* mors *ante* pertransiit αF *add.* homines *ante* peccaverunt *L*.

11 si *om. F* ad invocationem humanam *Sirm.* invocationem humanam βF gratiae *F* posse *om. Sur.* 12 faceretur L^a invocatur *K* contradicit — prophetae] contradictis ad eius perfecte *F* esaiae LRN^b 13 dicente βN *add.* a *ante* non quaerentibus *Sur. Sirm.* me *post* quaer. *om. N* non *supra lin. scriptum est R* 14 terrogabant KL^a.

15 deo *N* 16 contemnit *K* purgare R^aFN velimus LR^bN infusionem *codd. praeter K* 17 $\overline{\text{spi}}$ *K*, spiritu α solomonem *N* *add.* et apostolo *ante* dicente β, *solummodo* et *Crab.* dicenti *LFN*, dicentem *RAB* 19 vobis] nobis β voluntatem β.

20 ipsumque] *L*, et ipsum *N*, ipsum *rel.* effectum *RN* 21 quod *KFN* regenerationes L^a, generationem *F* sacri *om. Crab. Sur.* 22 inspiratione α sancti spir. *R* 23 infidelitate *BFN* nostram ab infidelitate *repet. L* impietate *BF* pietate *RHA* sed *corr. cum Sirm.*, et *codd.* 25 coepit] concepit *K* vobis] nobis *F*, *om. N* usque] ut quae α diem *codd. praeter K* domini nostri iesu christi β $\overline{\text{ihm}}$ L^a 26 datum est vobis *N* vobis] nobis β $\overline{\text{chri}}$ β eum] eo β verum] sed β 27 salvi] salvati *K* facti] ficati *R*, *om. HF*, *sed add.* facti *post* fidem *H* et hoc *om. Crab. Sur.* nobis *F*

donum est. Qui enim fidem, qua in Deum credimus, dicunt esse naturalem, omnis eos, qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fidelis esse difiniunt.

VI. Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, orantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quaerentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri divinitus, non autem, ut credamus, velimus vel haec omnia sicut oportit agire valeamus, per infusionem et inspiratione sancti Spiritus in nobis fieri confitetur et aut humilitati aut oboedientiae humanae subiungit gratiae adiutorium nec, ut oboedientes et humiles simus, ipsius gratiae donum esse consentit,
1. Cor. 4, 7. Ibid. 15, 10. resistit apostolo dicenti: *Quid habis, quod non accipisti?* et: *Gratia Dei sum id, quod sum.*

VII. Si quis per naturae vigorem bonum aliquid, quod ad salutem pertinit vitae aeternae, cogitare, ut expedit, aut elegire sive salutari, id est evangelicae, praedicationi consentire posse confirmat absque inluminatione et inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo et credendo veritati, heritico fallitur spiritu,
Ioann. 15, 5. non intellegens vocem Dei in evangelio dicentes: *Sine me nihil potestes facire;* et illud
2. Cor. 3, 5. apostoli: *Non quod idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.*

VIII. Si quis alios misericordia, alios vero per liberum arbitrium, quod in omnibus, qui de praevaricationem primi hominis nati sunt, constat esse visiatum, ad gratiam baptismi posse venire contendit, a recta fide probatur alienus. His enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis adserit infirmatum aut certe ita laesum putat, ut tamen quidam valeant sine revelatione Dei mysterium salutis aeternae per semit ipsos posse conquirere. Quod quam sit contrarium, ipse Dominus
Cf. Ioann. 6, 44. probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem Pater
Matth. 16, 17. adtraxerit, sicut et Petro dixit: *Beatus es, Simon Bariona, quia caro et sanguis noñ*
1. Cor. 12, 3. *revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est;* et apostulus: *Nemo potest dicere Dominum Iesum nisi in Spiritu sancto.*

1 *ponitur numerus* VI *ante* qui enim *K* quam *K*, quia *HA* deo *β* naturalem] facturalem *F* eos *om. K* 2 *add.* naturaliter *post* sunt *K* quodadmodum *K*, quodadmodo *N*.

3 *Numerus* VI *hic om. K* graciam *R* conantibus] contentibus *R* 4 laborant. orant. vigilant. *om. L* orantibus *om. Crab. Sur. Sirm.* studientibus *FN*, tadentibus *L* petentibus] paenitentibus *F* 5 velimas *K*, vellimus *α*, velibimus *F* 6 sicut] siquod $R^a\alpha$ nisi per *N* infusione *α* inspirationem *LRFN* 7 confitemur *N* et] *unus L, om. rel.* obodientiae *L* humani *α* 8 nec] ne $R^b\alpha$ ut *om. K* obodientes *L* obediens et humillimus ipsius *Crab. Sur.* gratiae *om. F* constit L^a 9 dicente *α*.

11 pertinit et *K* 12 ut] non *β* salutare *L*, salvari (saluuari *H*)*β* evangelizate *β*, evangelizanti *Crab. Sur.* praedicationis *K* 14 sanitatem *K* in credendo *L* veritatem *LFN* fallitor L^a 16 non quod] nunquid *Crab. Sur.* sumus] KL^aN, sunus A^a, simus *rel.*

18 alius *βF utroque loco* quo L^a 19 praevaricatione LR^b, depravatione *N* constant *α* constat esse visiatum] constanti saevitia hominem *Crab. Sur. et ad v.* saevitia *in marg.*: sententia *Sur.* visiatum] *K*, viciatum *H*, vitiatum *rel.* 20 bapatismi *L* contendent *K* a] ad *α* his *pro* is *omnes codd. excepto L* 21 peccati R^aAB infirmitatum *α* 22 laesum esse *N* misterium L^aRAB, ministerium *N* 23 aeterni *α* 24 ad — testatur] atestatur *F* posse *om. K* venire posse *N* 25 ad se adtraxerit *N* symon *H* qua L^a 26 revelabit KR^aFN 27 iesum christum *αN* in *om. HA*.

IX. De adiutorio Dei. Divini est muneris, cum et recte cogitamus et pedes nostros a falsitate et iniustitia continemus; quotiens enim bona agimus, Deus in nobis adque nobiscum, ut operemur, operatur[1].

X. De adiutorio Dei. Adiutorium Dei etiam renatis ac sanatis semper est implorandum, ut ad finem bonum pervenire vel in bono possint opere perdurare.

XI. De obligatione votorum. Nemo quicquam Domino recte voveret, nisi ab ipso acceperit, quod voverit, sicut legitur: *Et quae de manu tua accipimus, damus tibi*[2]. 1. Par. 29, 14.

XII. Quales nos diligat Deus. Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito[3].

XIII. De reparatione liberi arbitrii. Arbitrium volumtatis in primo homine infirmatum nisi per gratiam baptismi non potest reparari; quod amissum, nisi a quo potuit dari, non potest reddi; unde Veritas ipsa dicit: *Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi erites*[4]. Ioann. 8, 36.

XIV. Nullus miser de quantacumque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia praevenitur, sicut dicit psalmista: *Cito anticepit nos misericordia tua, Domine;* et illud: *Deus meus, misericordia eius praeveniet me*[5]. Ps. 78, 8. Ibid. 58, 11.

XV. Ab eo, quod formavit Deus, mutatus est Adam, sed in peius per iniquitatem suam; ab eo, quod operata est iniquitas, mutatur fidelis, sed in melius per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit praevaricatoris primi, haec secundum psalmistam *mutatio est dexterae Excelsi*[6]. Ps. 76, 11.

XVI. Nemo ex eo, quod videtur habere, glorietur, tamquam non acciperit, aut ideo se potet accipisse, quia littera extrinsecus vel, ut legeretur, apparuit vel, ut audiretur, sonuit. Nam sicut apostolus dicit: *Si per lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus* Gal. 2, 21.

1 *Initium canonis usque ad v.* recte *ob laesam chartam legi non potuit K*, de adiutorium *omissa v.* dei *F* *add.* et *post* recte *R* 2 iniustitiae R^a, iustitia *K* continemus] continemos *L*, tenemus *α*, cogitemus *F* 3 operemur] operetur *α* operatur] operaturum *HB*.

4 item *add. ante* de adiut. *LRN* sanatis] sanctis *F* 5 finem *om. F* possent L^a, possit *β*, posse *F* perdurare *om. K*.

7 de oblig. vot. *om. N* oblicatione *R*, obligationum *F* voveret] *K*, vovit *N*, voverit *rel.* 8 ipso] illo *N* quod voverit *om. β* noverit *F* et *om. β* de *om. R* 9 damus tibi *om. F*.

10 diligat] *LFN*, diligit *β*, amat *K*.

12 liberi] liberatione *K*, liberari *F* volumtatis] libertatis *F* 13 hominem *F* amissum L^a, admissum R^aHA^aB 14 *add.* ab illo *ante* a quo *K* ipsa *om. LN* 15 vere *om. K*.

16 quacumque *Sur. Sirm.* 17 sicut] siquod *RHA*, sic *B* antecipent F^b misericordiae *F*.

19 *Verba:* ab eo — deus *pro rubrica erant, sed numerus* XV *ante v.* mutatus *positus hic erasus et initio canonis praefixus est L* est *om. β* per] propter *F* 21 est *ante* ergo *erasum est K* haec] et *F* secundi psalmista *F* 22 est *om. β* dextera *AB*.

23 ex] in *N* 24 potet] *KR*, putet *LBN*, potest *HA*, putat *F* quia] qui *α* quia littera] qualiter *RF* intrinsecus *K* legitur *Kα* 25 siquod *β* lege] *K*, legem *rel.*

1) *Prosper, Liber Sententiarum, Sent. 22.* 2) *Sent. 54.* 3) *Sent. 56.* 4) *Sent. 152.* 5) *Sent. 212 (al. 211).* 6) *Sent. 226 (al. 225).*

Ephes. 4, 8. *est. Ascendens in altum captivavit captivitatem, dedit dona hominibus.* Inde habit quicumque habit; quisquis autem inde se habere negat, aut vere non habit aut id, quod habit, auferetur ab eo[1].

XVII. De furtitudine Christiana. Furtitudinem gentilium mundana cupiditas, furtitudinem autem Christianorum Dei caritas facit, quae diffusa est in cordibus nostris non per volumtatis arbitrio, quod est a nobis, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis[2].

XVIII. Nullis meritis gratiam praevenire. Debetur mercis bonis operibus, si fiant; sed gratia, quae non debetur, praecedit, ut fiant[3].

XIX. Neminem nisi Deo miserante salvari. Natura humana, etiam si in illa integritate, in qua est condita, permanerit, nullo modo se ipsa creatore suo non adiuvante servarit; unde cum sine Dei gratia salutem non possit custodire, quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare, quod perdedit[4]?

XX. Nihil boni hominem posse sine Deo. Multa Deus facit in homine bona, quae non facit homo; nulla vero facit homo bona, quae non Deus praestat, ut faciat homo[5].

XXI. De natura et gratia. Sicut eis, qui volentes in lege iustificari et a
Gal. 2, 21. gratia excederunt, verissime dicit apostolus: *Si ex lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est*, sic eis, qui gratiam, quam commendat et percipit fidis Christi, potant esse naturam, verissime dicitur: Si per naturam iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est. Iam hic enim erat lex et non iustificabat; iam hic erat et natura et non iustificabat. Ideo Christus non gratis mortuus est, ut et lex per illum impleretur, qui
Matth. 5, 17. dixit: *Non veni legem solvere, sed adimplere;* et natura per Adam perdita per illum repararetur, qui dixit venisse se quaerere et salvare, quod perierat[6].

1 captivavit] captivam duxit *Crab. Sur.* 2 quicumque] qui quod *K* et quisquis *K* se inde *LFN* 3 habit] videtur habere *F* auferetur ab eo *om. L* aufertur *RHAF.*

4 *Numerus* XVII *ponitur ante* fort. gent. *L* furtitudinem] fortitudine *RHA*, fortitudo *FN* 5 autem *om. β* 6 arbitrio] *K*, arbitrium *rel.* quod — nobis *om. Crab. Sur.* a] in *F* per *om. β.*

8 *Numerus* XVIII *ponitur ante* debetur *βN* nullus *K* gratia *K*, gratiam dei *F* praevenire] *LHAFN*, pravenire *K*, pervenire R^aB, perveniente R^b, praeveniri *Sirm., rubricam om. Crab. Sur. incipit canon:* Nullis meritis gratiam praevenientibus, debetur ... *ap. Sirm., verba* nullis—praevenientibus *ad canonem praecedentem trahuntur ap. Crab. Sur., qui numerum* XVIII, *item ut in nonnullis codicibus fit, ante* debetur *ponunt* 9 si fiant] si fiat *β.*

10 *Numerus* XVIIII *ponitur ante* natura *βN* miserante deo *N* naturam *B* humanam *AB* 11 ipsam *L*, ipso *α*, ipse *F* creatori *R*, a creatore *F* 13 accepit] coepit *F.*

14 *Numerus* XX *ponitur ante* multa *FN* facit deus *N* deus *om. HA* deus facit *om. Crab. Sur., add.* fiunt *post* bona faciahono *corr. in* facit a homo *R* hominem L^a 15 quae] q$\overline{\text{m}}$ *B.*

17 de nat. et gratia *om. N* sicut] si $\bar{\text{q}}$ *F* voluntes *L* 18 dicit *om. R* ex] in *LFN* iustitia] gratia *L* 19 sic — mortuus est *(v. 21) om. Crab. Sur.* precepit *α* potant esse] putantis se L^a 20 esse naturam] esse naturalem R^a 21 enim hic *K* et *add. ante* lex *K* iam — iustificabat *om. B* et *ante* non *om. R* 22 non *ponitur ante* est *K, om. L* gratis — lex *om. R* et *om. KN* 23 adimplere] *K*, implere *rel.* naturam L^a perditam *KβN* 24 reparetur *KB.*

1) *Sent. 260 (al. 259).* 2) *Sent. 297 (al. 295).* 3) *Sent. 299 (al. 297).* 4) *Sent. 310 (al. 308).* 5) *Sent. 314 (al. 312).* 6) *Sent. 317 (al. 315).*

'XXII. De his quae hominum propria sunt. Nemo habit de suo nisi mendacium et peccatum; si quid autem habit homo veritatis adque iustitiae, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac herimo, ut ex eo quasi guttis quibusdam inrorati non dificiamus in via[1].

XXIII. De volumtate Dei et hominis. Suam volumtatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt, quod Deo displacit; quando autem ita faciunt, quod volunt, ut divinae serviant volumtati, quamvis volentes agant, quod agunt, illius tamen volumtas est, a quo et praeparatur et iubetur, quod volunt[2].

XXIV. De palmitibus vitis. Ita sunt in vite palmites, ut viti nihil conferant, sed inde accipiant unde vivant; sic quippe vites est in palmitibus, ut vitale alymentum subministrit eis, non sumat ab eis. Ac per hoc et manentem in se habere Christum et manere in Christo discipulis prodest utrumque, non Christo. Nam praeciso palmite potest de viva radice alius pollolare; qui autem praecisus est, sine radice non potest vivere[3].

XXV. De dilictione, qua diligimus Deum. Prorsus donum Dei est diligere Deum. Ipse ut diligeretur dedit, qui non dilictus diligit. Displicentes amati sumus, ut fierit in nobis unde placerimus. Diffundit enim caritatem in cordibus nostris Spiritus Patris et Filii, quem cum Patre amamus et Filio[4].

Ac sic secundum supra scriptas sanctarum scripturarum sententias vel antiquorum patrum definitionis hoc Deo propitiante et praedicare debemus et credere, quod per peccatum primi hominis ita inclinatum et adtinuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit aut credere in Deum aut operari propter Deum quod bonum est possit, nisi eum gratia misericordiae divinae praevenerit. Unde et in Abel iustum et Noe et Habraham et Isaac et Iacob et omnem

2 quid] qui *HA*, quis *Crab. Sur.* habet autem *β* veritate *HA*, veritatem *Crab. Sur.* iustitia *F*, iustitiam *Crab. Sur.* 3 sitiri *R*, sitisse *H*, sitise *A*, sentirem *B* heremo *Lα*, hermo *R* inrorantibus *R* 4 in via *om. F*.

5 hominis suam volumt. *om. R* sua *HA* voluntate *H* 6 displacit] *K*, displicit $L^{a}\alpha N$, displicet $L^{b}RF$ ita] id *F* 7 illos *HA*, illorum *Crab. Sur.* 8 iubetur] obitur *Crab. Sur.* voluit *K*.

9 XXIV] XXIII *iterum N* vitis *om. N* in palmite vites *K* vitae *LF* viti] victi L^{a}, vite *RHA*, vitae *B* 10 est *om. F* 11 alymentum] *K*, alimentum *rel.*, *om. Crab. Sur.* 12 in christo] in christum nam precioso (prae vos o *R*) palmite *β* prodest] *LFN*, prode est *Kβ* utrumque] et *Crab. Sur.*, utcumque *Sirm.* chr̄m *R* 13 praeceso *R*, precioso *α*, praesciso *Crab.* de viva] divina *F* preciosus *B*, prescisus *Crab.*

15 XXV] XXIIII *N* de *om. KLβ* dilectio *β* qua *om. L* dei donum *K* 16 diligere] dilige *K* diligitur R^{a} qui] quae L^{a} diligit] dilexit *N* 17 diffudit *L* enim *om. L* *add.* suam *post* caritatem *K*.

19 sic] si *Crab. Sur.* scripta *α* sanctorum *RA* 20 diffinitiones *F* *ante* hoc *add. numerus* XXVI *B* propiante L^{a} pradicare L^{a} 21 per *om. K* et adt. fuerit *in marg. scriptum est N* et — arbitrium *om. L* 22 postea] possit *N* aut operari] ut operari *L* 23 posset *K* gratiae *F* et misericordia divina *β* 24 et *post* unde *om. β* in *addidimus, accusativos* abel iustum etc. *in dativos mutavit Sirm., ut etiam in cod. L posteriore manu correctum est* habel *B* et habraham et isaac *om. R* habraham] *K*, abraham *rel.*

1) *Sent. 325 (al. 323). Cf. Hefele II, 733.* 2) *Sent. 340 (al. 338, ante 336).* 3) *Sent. 368 (al. 366, ante 364).* 4) *Sent. 372 (al. 370, ante 360).*

antiquorum sanctorum multitudinem illam praeclaram fidem, quam in ipsorum laude praedicat apostulus Paulus, non per bonum naturae, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam Dei credimus fuisse conlatam. Quam gratiam etiam post adventum Domini omnibus, qui baptiszari disiderant, non in libero arbitrio habere, sed Christi novimus simul et credimus largitate conferri, secundum illud, quod iam saepe
Phil. 1, 29. dictum est et praedicat Paulus apostulus: *Vobis donatum est pro Christo non solum,*
Ibid. 1, 6. *ut in eum credatis, sed etiam, ut pro eo patiamini;* et illud: *Deus, qui coepit in vobis*
Ephes. 2, 8. *bonum opus, perficiet usque in diem Domini nostri;* et illud: *Gratia salvi facti estis per fidem et hoc non ex vobis*; *Dei enim donum est;* et quod de se ipso ait apostulus:
1. Cor. 7, 25. *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem;* non dixit: *quia eram,* sed: *ut essim;*
Ibid. 4, 7. Iac. 1, 17. et illud: *Quid habis, quod non accipisti?* et illud: *Omne datum bonum et omne donum*
Ioann. 3, 27. *perfectum desursum est descendens a patre luminum;* et illud: *Nemo habit quicquam, nisi illi datum fuerit desuper.* Innumerabilia sunt sanctarum scripturarum testimonia, quae possint ad probandam gratiam proferri, sed brevitatis studio praetermissa sunt, quia et revera, cui pauca non sufficiunt, plura non proderunt.

Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod post acceptam per baptismum gratiam omnis baptiszati Christo auxiliante et cooperante, quae ad salute animae pertinent, possint et debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Aliquos vero ad malum divina potestate praedistinatus esse non solum non credimus, sed etiam, si sunt, qui tantum mali credere velint, cum omni detestatione illis anathimam dicimus.

Hoc etiam salubriter profitemur et credimus, quod in omni opere bono non nos incipimus et postea per Dei misericordiam adiuvamur, sed ipse nobis nullis praecidentibus bonis meritis et fidem et amorem sui prius inspirat, ut et baptismi sacramenta fideliter requiramus et post baptismum cum ipsius adiutorium ea, quae sibi sunt placita, implere possimus. Unde manifestissime credendum est, quod et illius latronis, quem Dominus ad paradysi patriam revocavit et Cornilii centorionis, ad quem angelus Domini missus est, et Zacchei, qui ipsum Dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuerit de natura, sed divinae gratiae largitate donata.

1 sanctorum] patrum *Sirm.* ipsorum sanctorum *F* laudem *β* 3 conlatum *LRN* quam] quae *β*, quia *Crab. Sur.* gratia *R* 4 qui *om. F* baptizari (baptizare $R^a F$) *codd. praeter K* haberi *LFN* sed in *Crab. Sur.* 5 sepe iam *F* saepe] supra *Crab. Sur.* 6 et *om. K* quod praedicat *Sirm.* praedicit *K* donatum] datum *FN* est *om. α* 7 eum] eo *F* ut] et *F, om. α* eo] illo *Crab. Sur. Sirm.* deus — et illud *om. K* 8 domini nostri iesu christi *F* facti *om. N* 9 et *ante* quod *om. R* se *om. RF* 10 misericordia *α* dixi *α* 11 qui *KF* illum *HA* 12 est] et *R* discendens *αN*, discensa *K* *in v.* luminum *textus concilii finit F, sequitur clausula:* expl synod araūs quicquam boni *Kβ* 13 illud illi *Crab. Sur.* 14 possunt LR^b 15 proditerunt R^a, prode erunt *HA*.

16 secundum] secum *α* post] *LN*, potest *K*, *om. β* acceptum *β* per *om. L* baptismi *KLN* 17 gratia *β* baptizari *β* salutem *LR* 18 animae *om. Crab. Sur.* et *add. ante* possint *K* et *add. ante* adimplere *R* 19 praedistinatus (praede-) *omnes codd.* 20 qui *om. R* male *α*, malum *Crab. Sur. Sirm.* vellint *α* detestatone *K*, detestationem *α* in illis *Crab. Sur.* anathemam $L^a HBN$, anathema $L^b R$.

23 nobis *om. L* 24 meritis bonis *H* inspiret *LN* 25 requiramur *α* et] ut *R* adiutorio (a-turio) *codd. praeter K* placita sunt *K* 27 paradisi *codd. praeter KB* cornelii *α* 28 et *om. L* zacchei] $L^b H$, zachei *N*, zacei *R*, zaccei *B*, zeccei *A*, iacchei *K* 29 fuerit] fuit *R* divini *R* gratiae *om. β* largitates R^a, largitatis $R^b B$ dona *β*.

Et quia difinitionem nostram, quae supra scripta est, non solum religiosis, sed etiam lahicis medicamentum esse et disideramus et cupimus, placuit, ut eam etiam inlustris ac magnifici viri, qui nobiscum ad praefatam festivitatem convenerant, propria manu suscriberint.

Caesarius in Christi nomine episcopus exemplar constitutionis nostrae ededi et autenticum in arcivo ecclesiae reservavi. Item suscriptionis.

1 definitione antiquorum patrum nostram *α*, definitionem antiquorum patrum nostramque *Crab. Sur. Sirm.* 2 lahicis] *K*, laecis *A*, laicis *rel.* placuit autem *β*, pl. ergo *Crab. Sur.* eam *om. β* etiam] *αN*, et tam *K*, etiam et *LR* 3 convenerunt *Crab. Sur. Sirm.*

5—6 caesarius — suscriptionis *ex uno K deprompsimus, in quo verba exceptis his:* item suscriptionis *in modum rubricae scripta sunt.*

Series subscriptionum ex codicibus KLN.

Caesarius in Christi nomine episcopus[1] constitutionem nostram religi et suscripsi.
Notavi sub die V. non. Iulias, Decio iuniore v. c. consule.
Iulianus[2] peccator suscripsi.
In Christi nomine Constantius episcopus[3] consensi et suscripsi.
[Cyprianus in Christi nomine episcopus[4] consensi et suscripsi.]
Fylagrius in Christi nomine episcopus[5] consensi et suscripsi.
In Christi nomine Maximus episcopus[6] consensi et suscripsi.
Praetextatus in Christi nomine episcopus[7] consensi et suscripsi.
Eucherius in Christi nomine episcopus[8] consensi et suscripsi.
[Item Eucherius in Christi nomine episcopus[9] consensi et suscripsi.]
Alethius in Christi nomine episcopus[10] consensi et suscripsi.
Heraclius in Christi nomine episcopus[11] consensi et suscripsi.
Lupercianus in Christi nomine episcopus[12] consensi et suscripsi.
In Christi nomine Principius episcopus[9] consensi et suscripsi.
Uindimialis in Christi nomine episcopus[13] consensi et suscripsi.

Petrus Marcellinus Felix Liberius vir clarissimus et inlustris praefectus praetorii Galliarum atque patricius consentiens suscripsi.
Syagrius vir inlustris consensi et suscripsi.

13 christi] dei *N* suscripsi] $\overline{ss}$ *hic et semper abbreviatur KL,* subscripsi *et a v. 29* $\overline{ss}$ *N* 14 notavi] $n\overline{ui}$ *K*, $\overline{n}$ *L*, *om. N* quinto *L* iulias] *L*, $iu\overline{l}$ *rel.* decio] decimo *L* iuniore *scripsimus*, $iu\overline{ni}$ *K*, iun∗ *L*, $iu\overline{n}$ *N* consule] $\overline{cc}$ *K* 15 peccator] *K*, amartolus *LN* religi consensi et suscr. *L* suscripsi] $\overline{ss}$ *N* 16 in chr. nom. *om. hic et semper N* consensi] $co\overline{n}$ *K hic et semper,* relegi *N* 17 *Cypriani subscriptionem om. K* 19 episcopus *om. K hic et in vv. 20. 21. 23. 24.* 22 *Eucherii alterius subscriptionem om. K* 23 aletius *N* 25 luparcianus *L* 26 et *om. K hic et in v. sequenti* uindemialis L^a.

28 inlustris *hic perscriptum est, postea abbreviatum* $in\overline{l}$ *L, sic semper abbreviatum KN* praefecti *N* 29 consentiens suscripsi *posuimus,* consentientis suscribsemus L^a, consentientes suscripsimus (subs- *N*) L^bN, *om. K.*

1) *Arelatensis.* 2) *ep. Carpentoratensis.* 3) *Vapincensis.* 4) *Telonensis.* 5) *Cabellicensis.* 6) *Aquensis.* 7) *Aptensis.* 8) *Avenionensis.* 9) *Civitas ignota est.* 10) *Vasionensis.* 11) *Tricastinensis.* 12) *Foroiuliensis.* 13) *Arausicanus.*

Cariattho vir inlustris consensi et suscripsi.
Opilio vir inlustris consensi et suscripsi.
Marcellus vir inlustris consensi et suscripsi.
Pantagatus vir inlustris consensi et suscripsi.
Namatius vir inlustris consensi et suscripsi.
Deudatus vir inlustris consensi et suscripsi.

1 cariatto *LN* 2 opelio *N* 5 nammatius *N* 6 deodatus *L*, adeodatus *N*.

Series subscriptionum ex codicibus RHAB (= β).

Caesarius in Christi nomine episcopus constitucionem nostram religi et subscripsi.
Notavi sub V. non. Iulias, Decio iuniore v. c. consule.
Iulianus episcopus subscripsi.
Constantius episcopus subscripsi.
Ciprianus episcopus subscripsi.
Eucirius episcopus subscripsi.
Eraclius episcopus subscripsi.
Principius episcopus subscripsi.
Filagrius episcopus subscripsi.
Maximus episcopus subscripsi.
Praetextatus episcopus subscripsi.
Alicius episcopus subscripsi.
Lopercianus episcopus subscripsi.
Uindimialis episcopus subscripsi.

Petrus Marcellinus Felix Liberius vir clarissimus et inlustris praefectus praeturii Galliarum atque patritius consentiens subscripsi.
Sigrius vir clarissimus consensi et subscripsi.
Opilio vir clarissimus consensi et subscripsi.
Pantagatus consensi et subscripsi.
Deodatus vir clarissimus consensi et subscripsi.
Cariatto vir clarissimus consensi et subscripsi.
Marcellus vir clarissimus consensi et subscripsi.
Expliciunt canones Arausici tempore Liberi praefecti.

9 cesarius *H* subscripsi] subscr̄i *hic, postea semper* subi *R*, sub̄ *semper α* 13 cyprianus *HA* 14 euchirius *α* 19 pretextatus *HA* 20 alitius *AB* 21 lupercianus *H*, l-tianus *A*, lopert-s *B* 23 filex libeus *R* praefectus] praesse̅ *B* 24 consentientes *codd.* subscripsi] subsc̄ *hic, postea* sub̄ *codd.* 25 sigrius] R^a, siagrius R^b, sygrius *α* vir clarissimus *posuimus*, v̄ c̄ *R*, voc̄ *α* consensi] consl̄ *R hic et in vv. 26. 28.* 27 vir clar. *codd. hic om.* 31 expliciunt — praefecti *om. α.*

CONCILIUM VASENSE*.

529. Nov. 5.

Exstat in codicibus Parisiensi Lat. 12097 (nobis C) fol. 159', Coloniensi 212 (nobis K) fol. 61', Phillippsii 1745, nunc Berolinensi, (nobis L) fol. 82, Phillippsii 1743, nunc Berolinensi, (nobis R) fol. 133', Berolinensi 435 (nobis H) fol. 156', Parisiensi Lat. 3846 (nobis A) fol. 163', Vaticano 3827 (nobis B) fol. 108' (pro HAB, ubi inter se consentiunt codices, signo α, pro RHAB signo β usi sumus), Monacensi Lat. 5508 (nobis D) fol. 94, Vaticano Palatino 574 (nobis N) fol. 57, ad quorum primum orthographicam lectionem accommodavimus.

Adferunt concilium in collectionibus suis Crabbius I, 339, Surius I, 720, Sirmondus I, 225.

Inscriptio desideratur L; in reliquis libris concilium inscribitur sic: Synodus Uasensis incipit *C.* Item quod Uasensis constitutum est *K.* Incipiunt canones Uasensis (Uasensitas *R*)β. Item synodus Uasensis *D.* Synodus Uasensis ad locum *N.*

Subscriptionibus plane caret D, primam Caesarii solam praebet N. Codices vetustiores CKL in ordine nominum, quae inter se communia habent, consentiunt, sed in numero differunt. In codice K post episcoporum positae sunt subscriptiones quattuor presbyterorum, quarum tamen fidem dubiam facit notatio chronica, quae post ultimam subscriptionem legitur; annum enim 515. indicat. Alio ordine disposita sunt nomina, quae codices β continent. Quae cum ita se habeant, primum transcripsimus seriem ex codice C additis etiam iis duobus nominibus, quae in codicibus K et L pariter habentur, in codice C autem desunt, postea seriem codicum β dedimus.

Omitti denique non debet synodum Carpentoratensem a. 527. celebratam iam in annum sequentem concilium in vico Vasensi die mensis Novembris 6. habendum indixisse. Cf. supra p. 41.

Cum secundum statuta canonum in Uasensi vico sanctorum pontificum fuisset concilium congregatum, iuxta consuetudinem antiquorum patrum regulas relegentes propitiante Domino nullum de praesentibus Domini sacerdotibus aliquid contra decreta

26 *Haec praefatio desideratur N; adscribitur numerus* I α *add.* in dei nomine *ante* secundum *K* statuta] tractatum *D* vico ausensi *K* uasense *D*, uasinsi β, uuansi *L* sanctorum] constitutum est *K* fuisse $K^{a}\beta$ 27 regulā *C*, regola *K* 28 de *om. L* dom. praesent. *K* dominis α aliquid *om. K*

*) *Concilium in editionibus* Concilium Vasense II. *insignitur.*

spiritalia aut praeterisse aut praesumpsisse cognovimus. De qua re uberes Deo gratias egimus, quia servis suis secundum pietatis suae consuetudinem praestare dignatus est, ut pro solo perfectae caritatis affectu et tantum pro desiderio se videndi ad synodum convenirent. Et quamvis omnia, quae a sanctis sacerdotibus vel clericis observari debeant, et antiqui et novelli canones contenere probentur, tamen, ne congregatio sancta sine aliqua definitione discederet, vel parum alequid, quod ad aedificationem ecclesiarum pertenere possit, inspirante Domino decreverunt.

I. Hoc placuit, ut omnes presbyteri, qui sunt in parrociis constituti[1], secundum consuetudinem, quam per totam Italiam satis salubriter teneri cognovemus, iuniores lectores, quantoscumque sine uxoribus habuerent, secum in domo, ubi ipsi habitare videntur, recipiant[2] et eos quomodo boni patres spiritaliter nutrientes psalmis parare, divinis lectionibus insistere et in lege Domini erudire contendant, ut et sibi dignos successores provideant et a Domino proemia aeterna recipiant. Cum vero ad aetatem perfectam pervenerint, si alequis eorum pro carnis fragilitate uxorem habere voluerit, potestas ei ducendi coniugium non negetur.

II. Hoc etiam pro aedificatione omnium ecclesiarum et pro utelitate totius populi nobis placuit, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parrociis[3] verbum faciendi daremus presbyteris potestatem[4], ita ut, si presbyter aliqua infirmitate prohibente per se ipsum non potuerit praedicare, sanctorum patrum homiliae a diaconibus recitentur[5]; si enim digni sunt diaconi, quod Christus in evangelio locutus est, legere, quare indigni iudicentur sanctorum patrum expositiones publice recitare?[6]

III. Et quia tam in sede apostolica, quam etiam per totas Orientales adque Italiae provincias dulces et nimium salubres consuetudo est intromissa, ut Quirieleison

2 agimus *KαD* consuetudine *α* 3 ut pro] pro quibus *Crab. Sur.* ut *om. βD* pro *om. L* sola *L*, solae *R*, sole *α* perfecta *B*, profecte *D*, *om. K* adfectum *D* tantum *om. Crab. Sur.* se] seu *β*, *om. Crab. Sur.* 4 convenerunt *Crab. Sur.* 6 discesserit *Crab. Sur.* parum] patrum *KD* 7 decreverunt *om. K*.

8 *Numeri semper desunt KN, numerus* I *om. Lβ, qui ab altera manu postea in margine add. R, numerus* I *et vox* hoc *evanuerunt C* hoc enim *K*, hoc etiam *N* parochiis *A*, parchiis *H*, parrochiis *B* 9 etaliam *HA* iuniores *om. K* 10 quantuscumque *KβN* sine uxoribus] siue uxores *Crab. Sur.* uxoribus] *KR*, uxoris *C* (*sed littera s exstincta est*), uxores *rel.*, uxore *Sirm.* habuerent] habere videtur *K* ipsi *om. βD* 11 videantur *L* quimodo *D* psalmis] *unus C*, psalmos LA^b, psalmus *rel.* 12 et divinis *K* ut *om. N* ut — provideant *om. K* dignus *Lβ* 13 successore HA^a 14 perfectam] profectuum *D* fragillitate *L*, fragilitatem RHA^aD 15 potestas ei] potestatem *βD* ei *om. Crab. Sur.*

16 *Numerus* II *evanuit C* pro *om. K* aedificationem (ed-m) *βD* 17 in omnibus] per omn. *K* parochiis *HN*, parrochiis *AB*, *om. K* 18 deremus *K* si *om. L* aliqua *om. B* 19 per se ipsum *om. C* se] semet *D* praed. non pot. *K* poterit *D* sanctorum patrum] sacrum *K* homiliae] *C*, omiliae *L*, omeliae *D*, humiliae *rel.* diacs̄ *L* 20 recitentur — diaconi *om. KL* *v.* si *et littera* e *verbi sequentis evanuerunt C* diacones *N* quod] quo *β*, quae *D* 21 indigni quare *N* patrum *om. L* expositiones] *C*, expositionibus *D*, expositionis *rel.* publice] populis *K*.

22 et *om. L* tam in] tamen *K* orientalis *βN*, orientalis partes *K* 23 provinciis *K* et nimium] adque *K* salubres] salutaris *Sirm.* quirieleison] *C*, quiriaeleison *K*, quyrieeleson *L*, quirie heleison *N*, kyrieleison *β*, kirieleison *D*

1) *Cf. conc. Epaon. c. 25; iunge Loening II, 331, n. 4; 347, n. 1.* 2) *Cf. Hinschius IV, 492 sq.* 3) *Cf. Loening l. c.* 4) *Cf. Hinschius II, 264, n. 7.* 5) *Cf. Loening II, 353; Hinschius IV, 451, n. 5.* 6) *Cf. Duchesne, Origines du culte chrétien p. 188.*

frequentius cum grandi affectu et conpunctione dicatur, placuit etiam nobis, ut in omnibus ecclesiis nostris ista tam sancta consuetudo et ad matutinos et ad missas et ad vesperam Deo propitio intromittatur[1]. Et in omnibus missis seu in matutinis seu in quadragensimalibus seu in illis, quae pro defunctorum commemorationibus fiunt, semper: 'Sanctus, Sanctus, Sanctus' eo ordine, quomodo ad missas publicas dicitur[2], dici debeat, quia tam sancta, tam dulces et desiderabilis vox, etiam si die noctuque possit dici, fastidium non poterit generare[3].

IV. Et hoc nobis iustum visum est, ut nomen domni papae, quicumque sede apostolicae praefuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

V. Et quia non solum in sede apostolica, sed etiam per totam Orientem et totam Africam vel Italiam propter hereticorum astutiam, qui Dei filium non semper cum patre fuisse, sed a tempore coepisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloriam: 'Sicut erat in principio' dicatur, etiam et nos in universis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decrevemus.

1 frequentius — affectu *om. K* affectu] ad effectu *HA* conpunctionibus *L* dicatur — omnibus *om. L* 2 nostris *om. C* ista] ita *R* ista tam] statutam *L* tam *om. βD* ad matutinos] admonitio *L* matotinus *KR*, matutinis *αD*, matutinum *Crab. Sur.* ad *om. L* missa *C*, missam *N* 3 vespera *β*, vesperum *D* propitio] *C*, propitiante *rel.* *ante* et in omnibus *numerus* IIII *ponitur βD* omnibus] nominibus *L* seu] *C hic et infra*, sive *rel.* in *ante* matutinis *om. βD* 4 quadraginsimalibus *LR*, quadragesimalibus *α* commorationiobus *L* 5 quo modo] commodo *HA*, quo *Crab. Sur.* ad] et *D* dicitur *om. KβD* 6 tam sancta *om. KβD* et tam dulcis *N* desiderabilis] tam desiderabilis est *K* 7 possit] posse *D* poterit] $C^{b}K$, poterat $C^{a}βDN$, possit *L*.

8 *Numerum* IIII *hic exhibet unus C, om. rel. omnes* ut] et *D* domni] *CK*, domini *rel.* sedi *LβDN* 9 praefuerit] fuerit *CL* recitatur *L*.

10 *Numerum* V *om. LB* sedem apostholicam *K* per] in *K* totam] *codd.*, totum *edd.* 11 italia *D* astutia *RD* qui] qua *Crab. Sur.* 12 patrem *D* coepisse] fuisse *K* omnibus] quibus *K* pos *K* gloria *βD*, gloria patri *Crab. Sur.* 13 dicitur *KL* et *om. D* hoc ita *om. K* 14 decrevemus] decernimus *Sirm.*

1) *Cf. ibid. p. 157, n. 2.* 2) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 75, num. 3; Mabillon, De liturgia Gallicana p. 45 sq. 54; Hefele II, 741, n. 2.* 3) *Cf. Duchesne p. 183; ad hunc et ad cc. 4 et 5 cf. Thom. P. I, l. 2, c. 75, num. 2.*

Series subscriptionum ex codicibus CKL.

Caesarius in Christi nomine episcopus[1] cartolam hanc definitiones nostrae relegi et subscripsi. Notavi sub die non. Novembres, Decio iuniore viro clarissimo consule. Contumiliosus[2] ita consensi in omnibus, ut, cum sanctus papa Urbis suam oblatam dederit, recitemus ante altarium Domini.

34 cartholam *K* definitiones — relegi et] nostram *L* relegi] rel̄ *CK* 35 subscripsi] subs̄i *hic, idem aut* sui̇̄ *aut* sub̄i *postea C*, s̄s *hic et postea KL* notavi — novembres] notavi die et cons̄s sup̄to *K* viro clar. cons.] *C*, v̄ c̄ cons̄ s̄s *L*, v̄ c̄ c̄e id̄ novemb̄ *K* 36 contumeliosus *L* ita — domini] episcopus rel̄ et s̄s *K*

1) *Arelatensis.* 2) *ep. Regensis.*

Constantius in Christi nomine episcopus[1] relegi consensi et subscripsi.
Cyprianus[2] peccator consensi et subscripsi.
Maximus[3] peccator consensi et subscripsi.
Portianus[4] peccator consensi et subscripsi.
Eocyrius[5] peccator relegi et subscripsi.
Gallicanus[6] peccator relegi et subscripsi.
Prusper[7] peccator consensi et subscripsi.
[Heraclius[8] peccator consensi et subscripsi.]
Uindimialis[9] peccator consensi et subscripsi.
[Aquitanus episcopus[7] subscripsi.]

1 *nomina sex insequentia posita sunt terna per versus K* in chr. nom. *om. K* consensi *om. K* 2 peccator—subscripsi] episcopus $\overline{ss}$ *hic et semper K* consensi *modo perscriptum, modo* consi̅ *vel* conseni̅ *notatum est C, semper* cons̅s̅ *abbreviatum est L post hunc versum textus noster interrumpitur aliusque incipiens his verbis:* praesumat quod *(conc. Arel. a. 554. c. 4) adiungitur; subscriptiones nostri concilii continuantur fol. 85' post v.* domno *in subscriptione Benenati presbyteri (quae pertinet ad conc. Arel. iam laud.)* 4 porcianus *KL* 5 eucherius *KL* relegi] rel̅ *C hic et in sequenti subscriptione,* cons̅s̅ *L* 6 *Gallicani, Prosperi, Heraclii subscriptiones desiderantur K* callicanus *L* 7 prosper *L* 8 *Heraclii subscriptio desideratur C* 9 uindimiales *L* 10 *Aquitani subscriptio desideratur CL, traditur uno K, in quo sequuntur hae quattuor subscriptiones, de quibus in praemonitione disputavimus:*

Iulianus presbyter missus a domino meo Agrecio episcopo subscripsi.
Ianuarius presbyter missus a domino meo Luperciano episcopo subscripsi.
Marcus presbyter missus a domino meo Rusticio episcopo subscripsi.
Turpio presbyter missus a domino meo Principio episcopo subscripsi.
Data sub die VIII. id. Aprilis Florentio v. c. consule.

1) *Vapincensis.* 2) *ep. Telonensis.* 3) *ep. Aquensis.* 4) *ep. Diniensis.* 5) *ep. Avenionensis.* 6) *ep. Ebredunensis.* 7) *Civitas ignota est.* 8) *ep. Tricastinensis.* 9) *Arausicanus.*

Series subscriptionum ex codicibus RHAB (= β).

Nomina episcoporum qui subscripserunt:
Cesarius in Christi nomine episcopus subscripsi sub die non. Novembris, Decio iuniore v. c. consule.
Contumiliosus episcopus subscripsi.
Cyprianus episcopus subscripsi.
Gallicanus episcopus subscripsi.
Constantinus episcopus subscripsi.
Portianus episcopus subscripsi.
Heraclius episcopus subscripsi.
Maximus episcopus subscripsi.
Prosper episcopus subscripsi.
Aquitanus episcopus subscripsi.
Expliciunt canones Uasensis tempore Liberi praefecti.

31 caesarius *R* subscripsi] subi̅ *β hic et semper* die] d̅ *R*, id̅ *α* 33 contumelios *HA*, contumelius *B* 34 ciprianus *B* 35 galliganus *R* 40 prusper *R* 42 tempore — praefecti *om. HA* liberii *B* praefecti] papae *B; post* praefecti (pf̅) *add. praeterea ab alia manu:* et sigismundi reg̅ et filiorum IIII̊ chlodouei reg̅ francorum *R.*

CONCILIUM VALENTINUM.

c. a. 529.

Huius concilii mentio fit in Vita S. Caesarii, qui ab a. 501. usque ad a. 542. episcopatum ecclesiae Arelatensis gessit. Ibi enim haec narrantur: Multi quidem aemuli surrexerunt, qui eius resisterent doctrinae de gratia. Sed o felicitas aemulanda! Etenim susurris et mala interpretatione quorumdam oboritur in Galliarum partibus contra praedicationem Dei hominis frustra sinistra suspicio. Ob hoc antistites Christi ultra Iseram consistentes charitatis amore collecti in Valentina civitate conveniunt; ubi etiam beatus Caesarius infirmitatis solitae causa, sicut disposuerat, properare non potuit. Misit tamen praestantissimos viros de episcopis cum presbyteris et diaconibus, inter quos etiam sanctus Cyprianus Telonensis magnus et clarus enituit. Omnia quae dicebat de divinis utique scripturis affirmans et de antiquissimis patrum institutionibus probans nihil per se in divinis profectibus quemquam arripere posse, nisi fuerit primitus Dei gratia perveniente vocatus. Sed dum suam iustitiam quaerebant statuere, iustitiae Dei non erant subiecti, non reminiscentes Deum dixisse: *Sine me nihil potestis facere.* Et: *Ego vos elegi, non vos me.* Et: *Nemo habet quidquam nisi illi datum fuerit desuper.* Et per apostolum Paulum: *Gratia Dei sum id quod sum.* Et per alium: *Omne datum optimum desuper est.* Et propheta: *Gratiam et gloriam dabit Dominus.* Et quod tunc vere liberum homo resumat arbitrium, cum fuerit Christi liberatione redemptus, sub qua absolutione valeat consequi perfectionis effectum. Quorum intentionibus homo Christi dedit veram et evidentem ex traditione apostolica rationem. Nam et beatae memoriae Bonifacius Romanae ecclesiae papa eamdem conluctationem compertam calcata intentione iurgantium prosecutionem sancti Caesarii apostolica auctoritate firmavit. Donante Christo paulatim ecclesiarum antistites receperunt, quod optaverat diabolus repentina animositate cessare.[1]

Ioann. 15, 5. Ibid. 15, 16. Ibid. 3, 27. 1. Cor. 15, 10. Jac. 1, 17. Ps. 83, 12.

De tempore concilii ex hac expositione nihil certi concludi potest. Ambiguum igitur relinquitur, utrum concilio Arausicano a. 529. (supra p. 44) Valentinum prius an posterius habitum sit. Attamen argumenta non desunt, ex quibus aetatem concilii conicere licet. Non enim veri dissimile esse videtur haec verba: Quorum intentionibus homo Christi (*sc. Caesarius*) dedit veram et evidentem ex traditione apostolica rationem *de concilio Arausicano, in quo Caesarius primas partes agebat, nec non haec:* Bonifacius Romanae ecclesiae papa . . . prosecutionem sancti Caesarii apostolica auctoritate firmavit

1) *Mabillon, Acta Sanctorum O. S. B. Saec. I, p. 646, c. 35.*

de epistula Bonifacii, qua definitiones concilii Arausicani confirmat, intellegenda et idcirco concilium Valentinum prius fuisse existimandum esse.[1]

1) *Cf. Delalande, Supplementa conciliorum antiquorum Galliae a Sirmondo editorum p. 49, ubi haec inscriptio legitur:* Concilium Valentinum, in quo primum in Galliis quaestio de gratia Dei fuit inter episcopos agitata, *quae inscriptio nostrae opinioni consentanea est. Etiam Hefele II, 738 hanc sententiam corroborare studet.*

CONCILIUM MASSILIENSE.

533. Mai. 26.

Brevia huius concilii acta exstant in uno codice Coloniensi 212 (nobis K) fol. 130', ex quo ea primus Knustius in lucem edidit in libro, cui titulus 'Bulletin de la Société de l'histoire de France.' 1839.

Desideratur inscriptio ante textum, sed in tabula, quae collectioni ipsi praemittitur, concilium, quod hic denuo prodit, laudatur verbis his: Constitutio Caesari papae in Massiliensi urbe habita episcoporum XVI.

Cum ad civitate Massiliensem propter requirenda et discutienda ea, quae de fratre nostro Contumilioso episcopo[1] fuerant devulgata, sacerdotes Domini convenissint, residentibus sanctis episcopis cum grandi diligentia discussis omnibus secundum quod gesta, quae nobis praesentibus facta sunt, continent, multa turpia et inhonesta supra dictus Contumiliosus convictus ore proprio se confessus est perpetrasse, ita ut non solum revincere testis non potuerit, sed etiam publice in conventu episcoporum et laicorum, qui interfuerant, in terram se proiciens clamaverit se graviter in Deum et in ordine pontificali peccasse.

Pro qua re propter disciplinam catholicae religionis utile ac salubre omnibus visum est, ut supra dictus Contumeliosus in Casensi monasterio ad agendam paenitentiam vel ad expianda ea, quae ammiserat, mitteritur[2]; quam rem stodio paenitendi et ipse libenter amplexus est.

Et quia multas domus ecclesiae Regensis absque ratione contra canonum statuta sine consilio sanctorum antistetum perpetuo iure distraxit, hoc sanctis episcopis visum est, ut, quidquid supra dictae ecclesiae constiterit iniuste ab ipso alienatum, facta ratione ad vicem de eius substantia conpensetur[3].

25 amiserat *cod.* 29 dicta *cod.*

1) *Regensi.* 2) *Cf. Hinschius IV, 816 sq.; 839, n. 4.* 3) *Cf. Loening II, 215. 699.*

Caesarius[1] peccator constitutionem nostram relegi et subscripsi. Notavi sub die VII. kal. Iunias, post consulatum tertium Lampadi et Orestis.

Cyprianus[2] peccator consensi et subscripsi.

Praetextatus[4] peccator consensi et subscripsi.

Eucherius[6] peccator consensi et subscripsi.

Prosper[8] consensi et subscripsi.

Heraclius[10] peccator consensi et subscripsi.

Rusticius[12] peccator consensi et subscripsi.

Pentadius[7] peccator consensi et subscripsi.

Maximus[3] peccator consensi et subscripsi.

Porcianus[5] peccator consensi et subscripsi.

Item Eucherius[7] peccator consensi et subscripsi.

Aletius[9] peccator consensi et subscripsi.

Uindimialis[11] peccator consensi et subscripsi.

Rodanius[7] peccator consensi et subscripsi.

Auxanius[7] peccator consensi et subscripsi.

Ualentinus abba directus a domno meo Fylagrio[13] consensi et subscripsi.

1 rel̄ et s̄s not̄ *cod.* 2 consul̄ *cod.* 3 cons̄ et s̄s *cod. hic et semper.*

1) *ep. Arelatensis.* 2) *ep. Telonensis.* 3) *ep. Aquensis (?).* 4) *ep. Aptensis.* 5) *ep. Diniensis.* 6) *ep. Avenionensis.* 7) *Civitas ignota est.* 8) *ep. Vinciensis.* 9) *ep. Vasionensis.* 10) *ep. Tricastinensis.* 11) *ep. Arausicanus.* 12) *ep. Adurensis.* 13) *ep. Cabellicensis.*

CONCILIUM AURELIANENSE.*

533. Iun. 23.

Invenitur in his codicibus: Berolinensi 435 (nobis H) fol. 149', cuius scribendi rationem plerumque secuti sumus, Parisiensi Lat. 3846 (nobis A) fol. 155', Vaticano 3827 (nobis B) fol. 106, qui tres codices, ubi inter se consentiunt, a nobis littera α designantur. In iis haec inscriptio: Incipiunt canones Aurilianensium (Aurel-m *B*) *concilio praefigitur.*

Adferunt concilium Crabbius II, 48, Surius II, 603, Sirmondus I, 228.

*) *Haec synodus in editionibus* Concilium Aurelianense II. *vocatur.*

Cum ex praeceptione gloriosissimorum regum in Aurilianensem urbem de observatione legis catholicae tractaturi Deo auxiliante convenimus ibique, quid de antiquis regulis, quid de novis ambiguitatibus pro captu intellegentiae inluminante Domino senserimus, expressimus, singillatim discriptisque constitutionibus, quae Deo propicio in posterum sint observanda, ex veterum canonum auctoritate conscripsimus.

I. Id ergo est constitutum, ut nullus episcoporum admonentem metropolitano episcopo nisi certa taedii causa detentus ad concilium vel ordinationem consacerdotis venire penitus ulla excusatione detractet[1].

II. Ut metropolitani singulis annis cumprovincialis suos ad concilium evocent[2].

III. Ne quis episcoporum de quibuslibet causis vel episcoporum ordinationibus ceterorumque clericorum aliquid praesumat accipere; quia sacerdotem nefas est cupiditatis venalitate corrumpi.

IV. Si quis sacerdotium per pecuniae nundinum exaecrabile ambitione quesierit, abiciatur[3] ut reprobus, quia apostolica sententia donum Dei esse praecipit pecuniae trotina minime comparandum[4].

V. Nullus episcopus ad sepeliendum episcopum venire conficta occansione dissimulet, ne cuiuslibet corpuscolum diutius inhumatum neglegentia interveniente solvatur. His vero episcopus, qui defunctum advenerit sepelire, praeter expensam necessariam nihil pretii pro fatigatione deposcat.

VI. Ut episcopus, qui ad sepeliendum episcopum venerit, evocatis presbyteris in unum domum ecclesiae adeat discriptamque idoneis personis custodiendam sub integra diligentia derelinquat, ut res ecclesiae ullorum improbitate non pereant[5].

VII. In ordinandis metropolitanis episcopis antiquam institutionis furmulam renovamus, quam per incuriam omnimodis videmus amissam. Itaque metropolitanus episcopus a conprovincialibus, clericis vel populis electus congregatis in unum omnibus conprovincialibus episcopis ordinetur[6], ut talis Deo propicio ad gradum huius dignitatis accedat, per quem regula ecclesiae in melius aucta plus floreat[7].

VIII. Si quis diaconus in captivitate redactus uxori fuerit copulatus, reversus ab officii omnino ministerio removendus est[8]. Cui sufficere debet pro actus sui levitate impleta poenitentia pro satisfactione communio[9].

1 aurelianensem *B* 2 convenissemus *Sirm.* ibique] ibi *Sirm.* 4 singulatim *A*, singulatum *B*, sigillatim *Crab.* 5 observando *α* 6 *numeros capitum manus aevi carolingici adposuit H* 7 cumsacerdotis *B* 8 detrectet *Sirm.* 9 conprovincialis *B* 10 episcoporum] epm *AB* 13 exacrabile *AB* 14 qui *B* precepit *A*, praecepit *B* pecunia etrotino *H* 16 occasione *B* 17 cuius labet *α* solvatur *cum edd. scripsimus*, salvatur *α* 18 his] is *AB* 21 unam *Crab.* discriptamque] descriptum, qui *Crab.* 23 metropolitanus episcopus *H* 24 videamus *B* 25 *add.* episcopis *ante* clericis *B* congregatus A^a 26 conprovincialis episcopus H^b, conprovincialis episcopis A^b 29 est *adiecimus cum edd., om. α*

1) *Cf. conc. Epaon. c. 1; cf. etiam epist. Aviti supra p. 17; iunge Loening II, 204, n. 2; Hinschius III, 474, n. 6.* 2) *Cf. conc. Agath. c. 71; iunge Loening II, 203, n. 1; Hinschius III, 474, n. 3; ad c. 1 et 2 Hinschius II, 5, n. 4.* 3) *Cf. Hinschius IV, 806, n. 3.* 4) *Cf. Hauck, Kirchengesch. I, 146.* 5) *Cf. Loening II, 214, n. 3; 340, n. 2. 3.* 6) *Cf. c. 6 epist. S. Leonis M. ad Anastasium ep. Thessal. 'Quanta fraternitati' (Jaffé-W., Reg. n. 411).* 7) *Cf. Hinschius II, 518, n. 1.* 8) *Cf. Hinschius IV, 806, n. 3.* 9) *Cf. Loening, II, 318.*

IX. Nullus presbyterorum sine permissione episcopi sui cum saecularibus habitare praesumat. Qui si fecerit, ab officii communione pellatur[1].

X. Nullus novercae suae, id est uxore patris sui, ulla copulatione iungatur. Quod si qui presumpserit, noverit se anathema supplicio feriendo[2].

XI. Contracta matrimonia accedente infirmitate nulla voluntates contrarietate solvantur. Quod si qui ex coniugibus fecerint, noverint se communione privandos[3].

XII. Ne quis in aecclesia votum suum cantando, bibendo vel lasciviendo dissolvat, quia Deus talibus votis inritatur potius quam placetur[4].

XIII. Abbates, martyrarii[5], reclusi vel presbyteri apostolia[6] dare non praesumant[7].

XIV. Clerici, qui officium suum implere dispiciunt aut vice sua ad ecclesiam venire detractant, loci sui dignitate priventur.

XV. Oblationem defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere censuimus, si tamen non sibi ipsi mortem probentur propriis manibus intullisse[8].

XVI. Presbyter vel diaconus sine literis vel si baptizandi ordinem nesciret nullatenus ordinetur.

XVII. Foeminae, quae benedictionem diaconatus actenus contra interdicta canonum acceperunt, si ad coniugium probantur iterum devolutae, a communione pellantur. Quod si huiusmodi contubernium admonitae ab episcopo cognito errore dissolverint, in communionis gratia acta penitentia revertantur[9].

XVIII. Placuit etiam, ut nulli postmodum foeminae diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur.

1 presbyterorum] H^b, episcoporum H^aA, clericorum *B et Crab. Sur. in textu, in marg.:* presbyterorum *Sur., quam lectionem* presbyterorum, *licet solo codice B usus sit, habet etiam Sirm.* permissio *AB* 2 qui] quod *B* 3 uxori *AB* patri *A* 4 praesumpserint *HA* noverint *B* anathematis *B* feriendo] *HA* (*intell.* feriendum), feriendos *B* 5 contracta] contraria *Crab.* voluntates] *AB*, voluntate *H* contraarietate *AB* 6 iugibus *B* 7 aecclesiae *H*, ecclesiae *AB* 9 *canonem* XIII, *qui desideratur in nostris libris manuscriptis, primus habet Surius cum adnotatione: 'Hic canon valde obscure scriptus habetur'. Posthac igitur numeratio canonum a nobis adhibita a codicibus discedit* 11 in officium *HA* suae *A* 13 aliquo] alio *B* recipi *scripsimus*, recipe *α* 14 censemus *edd.* in *ante* ipsi *abstersum est A* ipsi sibi *B* ipse *HA* 15 si nec literas vel baptizandi *Crab.* nesciat *edd.* 19 in comm.—revertantur] *B*, in communes gratia acta poenitentia revertatur *HA* 21 etiam ut *H in ras.*

1) *Cf. Hefele II, 757, n. 2; Hinschius IV, 809, n. 6; 823, n. 1.* 2) *Cf. conc. Epaon. c. 30.* 3) *Cf. Lex Rom. Visig., Pauli Sent. II, tit. 20, § 4, Interp.; iunge Freisen p. 780. 781.* 4) *Cf. Hauck I, 120, n. 2.* 5) *'Custos ecclesiae, qui sacras in ecclesia reliquias custodit', vide Ducange ad h. v.* 6) *Cf. epist. Chlodovechi regis ad episcopos (LL. Capitularia T. I, p. 2), ubi item 'apostolia' legitur. In conc. Chalced. c. 11 scribitur ἐπιστολίοις, quod verbum Dionysius Exiguus et versio, quam dicunt Isidorianam, transferunt 'epistoliis'; in versione, quam ex cod. Paris. 1451 publici iuris fecimus (Maassen, Quellen I, 945 sq.), invenimus 'per apostolicum'; in conc. Turon. a. 567. idem verbum scribitur 'epistolia'. Cf. etiam Ducange ad h. v. et Mabillon, Annales I, 83.* 7) *Cf. Loening II, 327.* 8) *Cf. Hinschius IV, 831, n. 3.* 9) *Cf. conc. Epaon. c. 21; Hinschius IV, 823, n, 1.*

XIX. Placuit, ut nullus Christianus Iudeam neque Iudeus Christianam in matrimonio ducat uxorem, quia inter huiusmodi personas illicitas nuptias esse censuimus. Qui si commoniti a consortio hoc se separare distullerint, a communiones sunt gratia sine dubio submovendi[1].

XX. Catholici qui ad idolorum cultum non custoditam ad integrum accepti baptismi gratiam revertuntur vel, qui cibis idolorum cultibus immolatis gustu inlicitae praesumptionis utuntur, ab ecclesiae coetibus arceantur; similiter et hi, qui bestiarum morsibus extincta vel quolibet morbo aut casu suffocata vescuntur[2].

XXI. Abbates qui episcoporum praecepta dispiciunt, ad communionem nec penitus admittantur, nisi contumaciam suscepta humilitate deponant[3].

Sane si qui post hanc diligentissimam sanctionem non observaverint, quae sunt superius conpraehensa, reos se divinitatis pariter et fraternitatis iuditio futuros esse cognuscant.

Honoratus in Christi nomine episcopus[4] subscripsit sub die VIIII. kal. Iulias, anno XXII. domni Childeberti regis.

Leuntius episcopus[5] subscripsit.
Aspasius episcopus[6] subscripsit.
Eleutherius episcopus[7] subscripsit.
Inportunus episcopus[8] subscripsit.
Chronopius episcopus[9] subscripsit.
Iniuriosus episcopus[10] subscripsit.
Lupicinus episcopus[11] subscripsit.
Elafius episcopus[12] subscripsit.
Agripinus episcopus[13] subscripsit.
Etherius episcopus[14] subscripsit.
Eumerius episcopus[15] subscripsit.
Calistus episcopus[8] subscripsit.
Emelius episcopus[16] subscripsit.
Marcus episcopus[8] subscripsit.

1 iudeam] iudeum A^aB^a 3 quis conmonita *B* se *om. HB* communiones *scripsimus*, communione α (*sequitur* sunt) gratiae *B* 5 catholicae *HA* qui ab idol. cultu se non custodiunt nec ad *Crab.* 7 ecclesia *H* *ante* similiter *ponitur numerus* XX *B* 8 extincto...suffocato *Crab.* fusfocata *HA* 10 humilitatem *HA* 11 *ante* sane *ponitur numerus* XXII *B* observaverit *HA* 12 conpraehensae *H*, conprehensae (c-se) *AB* futuros] *B*, facturus *HA* esse] es *AB*.

14 subscripsit] sūb *codd.* 16 *subscriptiones a Leontio usque ad Iniuriosum binae per versus, posteriores usque ad finem singulae ponuntur H, singulae per omnes versus habentur A, quaterna nomina singulos versus explent B* subscripsit *perscribitur vv. 16—22, postea* subscrip *vel* sub *abbreviatur H*, subs *semper, excepto v. 16, ubi perscribitur, A*, sub *semper B* 20 cronopius *AB* 25 e∗therius *H*

1) *Cf. Loening II, 55; Freisen p. 638.* 2) *Cf. Hinschius IV, 845, n. 4; Hauck, I, 117 sq.* 3) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 19; vide etiam conc. Epaon. c. 19; Hinschius IV, 542, n. 2.* 4) *Bituricensis.* 5) *Aurelianensis.* 6) *Elusanus.* 7) *Autissiodorensis.* 8) *Civitas ignota est.* 9) *Petrocoriensis.* 10) *Turonensis.* 11) *Engolismensis.* 12) *Fortasse Flavius ep. Rotomagensis.* 13) *Augustodunensis.* 14) *Carnotensis.* 15) *Namnetensis.* 16) *Fortasse Amelius ep. Parisiensis.*

Sustracius episcopus[1] subscripsit.
Perpetuus episcopus[2] subscripsit.
Eusebius episcopus[3] subscripsit.
Presidius episcopus[4] subscripsit.
Passiuus episcopus[5] subscripsit.
Proculianus episcopus[6] subscripsit.
Clarentius episcopus[7] subscripsit.
Iulianus episcopus[8] subscripsit.
Innocentius episcopus[9] subscripsit.
Marcellus episcopus[10] subscripsit.
Lauto episcopus[11] subscripsit.
Orbatus presbiter pro Leone[12] episcopo subscripsit.
Asclipius presbiter pro Adelfio[13] episcopo subscripsit.
Laurentius presbiter pro Gallo[14] episcopo subscripsit.
Eledius presbiter pro Sabastio[7] episcopo subscripsit.
Prosedonius presbiter pro Artemio[7] episcopo subscripsit.

4 presiduus H^a 13 adelfo *B*.

1) *Cadurcensis.* 2) *Abrincensis.* 3) *Santonensis.* 4) *Convenensis.* 5) *Sagiensis.* 6) *Ausciensis.* 7) *Civitas eius ignota est.* 8) *Viennensis.* 9) *Cenomanensis.* 10) *Adurensis.* 11) *Constantiensis.* 12) *Senonensis.* 13) *Pictaviensis.* 14) *Claromontensis.*

CONCILIUM ARVERNENSE*.

535. Nov. 8.

Codices, quos adhibuimus, sunt hi: Parisiensis Lat. 12097 (nobis C) fol. 139', Phillippsii 1745, nunc Berolinensis, (nobis L) fol. 52', Parisiensis Lat. 1564 (nobis P) fol. 9', Parisiensis Lat. 1451 (nobis F) fol. 85, Bruxellensis 8780—8793 (nobis M) fol. 32', Vaticanus Palatinus 574 (nobis N) fol. 64. Lectio orthographica codicis C correctis apertis mendis servata est.

Adferunt hoc concilium in collectionibus suis Crabbius II, 66, Surius II, 633, Sirmondus I, 241, Gonzalezius I, 267.

Inscriptiones inveniuntur hae in libris: Statuta (Incipit statuta *P*) Deo (Deo gratias *F*) propitio synodus infra scripta (scriptus *F*) ad (aput *PF*) ecclesiam Aruernam (Aruernorum *F*) sub die VI. (VI. *om. F*) id. Novembris post consolatum (constantino *F*) Paulini iunioris *CPF*. Ad locum de synodo Aruerna *L*. Sinodus Aruerna *N*. *Desideratur inscriptio in codice M.*

Subscriptiones desiderantur LMN Gonz., exhibentur CPF, quorum antiquissimus C nominibus civitatum caret, quae tamen nomina cum aliquibus differentiis reperiuntur

*) *Haec synodus in editionibus* Concilium Arvernense I. *insignitur.*

PF. Quare seriem et codicis C et codicis P dedimus, lectiones varias codicis F in adnotationibus indicantes.

In fine huius concilii proferimus epistulam, quam universi episcopi in hac synodo congregati ad regem Theudebertum direxerunt, quae traditur codicibus eius collectionis, quam a codice olim S. Mauri, nunc Parisiensi 1451 (nobis F), nominavimus. Contulimus hunc et alterum eiusdem collectionis codicem Vaticanum Regin. 1127 (nobis V) fol. 117'. Exstat epistula in his codicibus inter indicem capitulorum et concilium ipsum his verbis inscripta: Incipit epistola sinodi Aruennorum (Aruernum *V*) urbis. *Contulimus etiam editionem Gonzalezii.*[1]

Cum in nomine Domini congregante sancto Spiritu, consentiente domno nostro gloriosissimo piissimove regi Theudebertho in Aruerna urbe sancta synodus convenisset ibique flexis in terram genibus pro regno eius, pro longevitate, pro populo Dominum depraecaremur, ut, qui nobis congregationis tribuerat potestatem, regnum eius Dominus noster felicitatem attolleret, imperio regeret, iustitiam gubernaret, in ecclesiam cumsedentes ex more inspectisque canonibus id nobis rationabile visum est, ut, quamvis eclesiasticae regulae paene omnia conpraehendant, tamen quaedam vel adderentur nova vel repeterentur antiqua.

I. In primis placuit, ut, quotiens secundum statuta patrum sancta synodus congregatur, nullus episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat, quam ea, quae ad emendationem vitae, ad severetatem regulae, ad animae remedia pertinent, finiantur[2].

II. Placuit etiam, ut sacrum quis pontificii honorem non votis quaerat, sed meritis, nec divinum videatur munus rebus conparare, sed moribus, adque emenentissime dignitatis apicem electione conscendat omnium, non favore paucorum. Sit in elegendis sacerdotibus cura praecipua, quia inrepraehensibilis esse convenit, quos praeesse necesse est corrigendis; diligenter quisque inspiciat praecium dominici gregis, ut sciat, quod meritum constituendi deceat esse pastores. Episcopatum ergo desiderans electione clericorum vel civium, consensu etiam metropoletani eiusdem provinciae pontifex ordinetur; non patrocinia potentum adhibeat, non calleditate subdola ad conscribendum

10 *Praefatio traditur CPF, desideratur LMNGonz.* nom. domini] dei nomine *P* nostro *om. P* 11 piissimoquae (p—que) *PF*, pioque *Crab. Sur.* rege *PF* theudoberto *P, om. F* aruenna *F* sanctae *F* synodo *P* 12 flexit *F* terra *F* pro rege, pro eius regno et longaevitate et pro populo *Crab. Sur.* longevitae *F* populum *P* 13 depraecaremur] *P*, depraecaremus *F*, praecamur *C* tribuat *F* regno *Crab. Sur.* 14 felicitate *PF* attullerit *P*, perficerit *F* felicitatem tribueret *Crab. Sur.* imperium *Crab. Sur.* iustitia *PF*, et in iustitia *Crab. Sur. et in marg.:* iustitia 15 cumsedentes ex more] *C*, ex more considimus (consedimus) *PF* 16 paene *om. F* conpraehendat *F* 17 nova vel rep. *om. F.*

18 *Numeri semper desiderantur P.* instituta *F* congregatur] congregatio fieret *C* 20 mendationem *L* severetatem] serenitatem *Crab. Sur.* remedium *PM* finiatur *F.*

21 pontificis *Gonz.* votis] praemiis *LNGonz.* 22 nec] ne *Gonz.* emendatissime *F* 23 electionem *F* conscendant *P* 24 praecipuae *P*, precipue *M* 25 diligenter itaque quisque *Crab. Sur. Sirm.* quisque *correximus*, quis *codd. et Gonz.* praecium] praedium (pre-) *PM* dominicae *C*, d-ce *PM* 26 pastoris *LP*, sacerdotis *Gonz.* episcopatum] epscum *L* 27 consensum *P*, vel consensum *M* 28 patrocinium *C* scribendum *C*

1) *Sirmondus ex codice Parisiensi, quem etiam nos adhibuimus, epistulam in lucem edidit l. c. p. 245.* 2) *Cf. Hinschius II, 5, n. 4.*

decretum alios ortetur praemiis, alios timore conpellat. Quod si quis fecerit, aeclesiae, cui indigne praeesse cupit, communione privabitur[1].

III. Observandum, ne pallis vel ministeriis divinis defunctorum corpuscula obvolvantur.

IV. Ne a potentibus saeculi clerici contra episcopus suos ullo modo erigantur[2].

V. Qui reicolam eclesiae petunt a regebus[3] et horrendae cupiditatis impulsu aegentium substantia rapiunt, inrita habeantur, quae obtinent, et a communione eclesiae, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur[4].

VI. Si quis Iudaecae pravitati iugali societate coniungetur et seu Christiano Iudea sive Iudaeo Christiana mulier consortio carnali miscetur, quique horum tantum nefas admisisse dinoscetur a Cristeanorum coetu adque convivio et a communione aeclesiae, cuius sociatur hostibus, segregetur[5].

VII. Ne opertorio dominici corporis sacerdotes unquam corpus, dum ad tumulum evehetur, obtegatur et sacro velamine usibus suis reddeto, dum honorantur corpora, altaria polluantur.

VIII. Ne ad nuptiarum ornatu ministeria divina praestentur et, dum inproborum tactu vel pompa saecularis luxuriae polluuntur, ad officia sacri mysterii videantur indigna[6].

IX. Ne Iudei Cristeanis populis iudices praeponantur[7].

X. Ne parrochias cuiuslibet episcopi alterius civitatis episcopus canonum temerator invadat et vaesane copiditatis facebus inflammatus suisque admodum non contentus rapiat alienam.

1 alius L^aPF, halius *M* hortetur *PMN*, sortitur *F* alius *PFM* quod si] *LF*, quod *CPM Gonz.*, quos *N* ecclesia *F* 2 indignus *Crab. Sur. Sirm.*

3 ne] *C*, de *rel.* palleis *F*, palliis ecclesiae *Gonz.* ne *add. ante* defunctorum *LFN Gonz.* corpora *Sirm.*

5 IV *om. CM Gonz.* a] ea *F*.

6 V] IIII *CM, om. Gonz.* reicolam] *C*, reiculam *LPM*, regulam *N*, régulam *F*, reculam *Crab. Sur.*, resculam *Gonz.* petunt—cuius (*v. 8*) *om. Gonz.* agentum *L*, aegendum *N* 7 substantiam *LPMN* rapiant *N*, rapuerunt *C* obtine*nt *N* a *om. L* 8 facultaticulam *N*, facultaticlam *L*, vel eius facultatulam *Gonz.* aufferri *L*.

9 VI] IV *Gonz.*, V *CM* iudaecae] *C*, iudaeicae *L*, iudaeice *P*, iudaicae *MN Gonz.*, iudice *F* pravitate *PM*, pravitatis *F* coniungitur *codd. praeter C* et] id est si *LN Gonz.*, id est *F* christiano] *LF Gonz.*, cristeana *C*, christiana *PMN* 10 iudea (iudaea)] *L Gonz.*, iudeo *CN*, iudaeum *PFM* iudaeo] *LN Gonz.*, iudeus *CFM*, iudaeos *P* christiana mulier] *LN Gonz.*, cristeanae (christianae) mulieri *CPFM* carn. cons. *LFN Gonz.*, cons. misceatur carn. *PM* miscetur] *C*, misceatur *rel.* quicq *M*, quaeq; *F*, quicumque *edd.* 11 dinoscetur] noscuntur *LFN Gonz.* christiano *LFN Gonz.* et *om. CPFM* 12 cuius sociatur host.] protinus *LN Gonz.* sociantur *F* segregetur] *C*, segregentur *rel.*

13 VII] V *Gonz.*, VI *CM* ne] de *Crab. Sur.* operturio *PM*, oportorium (o-turium) *FN*, operaturio L^a dominicae *C* corpus *PM* corporis seu palla altaris nunquam sacerdotis corpus *Crab. Sur.* tumulo *F* 14 et] quia *Crab. Sur.*, ne *Sirm.* corpuscula (c-cola) *PM*.

Canon VIII. *desideratur F.* 16 VIII] VI *Gonz.*, VII *CM* ornatum *codd. praeter C* et] ne *edd.* contactu *Crab. Sur.* 17 vel pompa] *LN Gonz.*, pompaque *P*, pompa *CM* officium *PM* ministerii *Gonz.*

Canones IX. *et* X. *transmutati sunt C.* 18 IX] VII *Gonz.*, VIII *FM* nec *M* iudae *L* populis] spoliis *F* iudici *F*.

19 X] VIII *C Gonz.*, VIIII *FM* parrocias *L*, parochias *FN Gonz.*, parrochiam *Crab. Sur.* 20 faucibus inflammatur *F* suisque admodum] *F*, suis quemadmodum *CPM*, suis quodammodo (quodadmodi *N*) *LN Gonz.*, suis quoquo modo *Crab. Sur.* 21 alienam] *C*, aliena *rel.*

1) *Cf. Loening II, 172; Hinschius II, 517, n. 13. 14; 518, n. 2; IV, 809, n. 5.* 2) *Hinschius IV, 843, n. 5.* 3) *Cf. Waitz, Deutsche Verfassungsgesch. II, 252, n. 1.* 4) *Cf. Loening II, 689, n. 4.* 5) *C. 28 q. 1 c. 17. — Cf. conc. Aurel. a. 533. c. 19; ad verba* a Cristeanorum coetu—segregetur *cf. Hinschius IV, 801, n. 2.* 6) *D. 1 c. 43 de cons.* 7) *Cf. conc. Epaon. c. 5; Loening II, 53 sq.*

XI. Nullus episcopus alterius clericum contra voluntatem episcopi sui suscepere audeat aut sacerdotium prorogare[1].

XII. Si quis relictam fratres, sororem uxoris, privignam, consubrinam sobrinamvae, relictam idem patrui adque abonculi carnalis contagii credederit consortio violandam et ausu sacrelego auctoretatem divinae legis ac iura naturae perruperet et, cui caritatis ac pii affectus solacia exibere debuerat, suorum hostis ac pudicitiae expugnatur vim inferre timptaverit, apostolicae constitutionis[2] sententia feriatur et, quamdiu in tanto versator scelere, a Cristeano coetu adque convivio vel aeclesiae matris communione privabitur[3].

XIII. Cum presbyteri adque diaconi sublimi dignitatis apice prorogantur, actebus omnino renuntient saeculi et ad sacrum electi mysterium repudient carnale consortium ac permixtionis pristinae contubernium permutent germanitatis affectu; et, quisquis ille est, presbyter adque diaconus, divino munere benedictione percepta uxoris prius suae frater ilico efficiatur ex coniugae. Quosdam repperemus ardore lividinis inflammatus abiecto militiae cingulo vomitum pristinum et inhebeta rursus coniugia repetisse adque incesti quodammodo crimine clarum decus sacerdotii violasse, quod nati etiam filii prodederunt. Quod quisque fecisse dignuscetur, omni in perpetuum, quam admisso iam crimine perdedit, dignitate privabitur[4].

XIV. Si quis cuiuscumque munuscula qualibet sanctis scriptura conlata nefaria calliditate fraudaverit, invaserit, retentaverit adque suppresserit et non statim a sacerdote conmonetus Deo conlata reddiderit, ab ecclesiae catholicae commonione pellatur[5].

1 XI] IX *Gonz.*, X *CFM* nullus] ne nullus *PFM* episcopi *PM* 2 sacerdotium] *C*, ad sacerdotio *F*, sacerdotio *rel.* provocare *F*, praerogare *Crab. Sur.*

3 XII] X *Gonz.*, XI *CFM* praevignam *F*, praedignam *N* consubr. sobrinamvae] consobrinamve *Crab. Sur.* sobrinamvae] *C*, sobrinamve *N*, sobrinam *L Gonz.*, subrina *PM*, *om. F* 4 vel relictam *LPFM Gonz.* idem] id est *F*, item *Gonz.*, *om. Sirm.* adque] vel *Crab. Sur.* abonculi] *C*, avuncoli *N*, avunculi *rel.* contagii macula *om. v.* consortio *Crab. Sur.* crediderent *P* consortii *C*, *om. PM* 5 ausus *PM* auctoritatis *LN* natura *PM* perruperit *codd. praeter C*, praeruperit *Gonz.* 6 pii] piaetatis *F* exhibere *codd. praeter C* hostis *om. C* pudiciae *C* expugnator *M*, expugnatorum *L* 7 timptaverit] *C*, tempt- *LPFM*, tentaverit *N Gonz.* quamdiu in tanto] quam divinitatem quamdiu in itatem *F* tantum *PM* 8 versator] *C*, versatur *rel.* vel] simulque *LFN Gonz.*, et *Crab. Sur.* matris] moris *PM*, *om. Crab. Sur.*

Canones XIII. *et* XIV. *transmutati sunt C.* 10 XIII] XI *Gonz.*, XII *FM* diaconi] diac$\overline{\text{}}$ *FM*, diac$\overline{\text{os}}$ *L* praerogentur *Crab. Sur.* actebus] *C*, actibusquae (a-que) *PMN Gonz.*, gestis actibusque (*corr. ex* actibique) *L* 11 seculo *F* misterium *PM*, ministerium *L*, ministerio *N*, mysterium *Gonz. cum adn.:* Ae., B. R.: ministerium carnale — affectu *om. PM* 12 ac permixt. — affectu *om. C* affectum *F* quisquis] *LFN Gonz.*, quisque *PM*, quis *C* ille *om. Crab. Sur.* 13 uxori *LFN Gonz.* 14 *ante* quosdam *ponitur numerus* XII *ap. Gonz.*, XIIII *LN*, *add.* attamen *Crab. Sur. Sirm.* quos *F* libidinis *codd. praeter C* inflammatos *L* 15 inhebeta] inita *N* 16 quodammodo *scripsimus*, quodadmodum *C*, quodammodum *PM*, q; modu *L*, quodadmodo *N*, quemadmodum *F* crimini *L* clarum decus] officium *N*, *om. L Gonz.* decor *PM* sacerdotium *L Gonz.* 17 quod ergo *L* quisquis *Crab. Sur. Gonz.* fecisse *om. LN* dignuscetur] *C*, cognoscitor perpetrasse *L*, cognuscitur (c-etur) *rel.* amissu *L* 18 perdiderit *F* dignitatem *PFM*.

Canon XIV. *desideratur M.* 19 XIV] XII *C*, XIII *F Gonz.*, XV *LN* si quis cuiuscumque ecclesiae munusc. quaelibet, qualibet (qual. *om. Sur.*) sub sacramenti script. *Crab. Sur.* si quicumque munusculum *F* quis] *unus C*, *om. rel.* qualibet] quaecumque *L*, quacumque *FN Gonz.* sancta *P* scripturae conlatum *F* nefariae *P*, nefaria quis *Gonz.* 20 retemptaverit *LN*, retenere timptaverit *P* 21 commonitur *F* deo] de *P*, *om. F* redderit *C*, dederit *F*.

1) *Cf. Hinschius I, 86, n. 1.* 2) *Cf. synod. Rom. sub Siricio vel Innocentio I. hab. c. 9. 11 (Maassen, Quellen I, 242).* 3) *Cf. conc. Epaon. c. 30; iunge Hinschius IV, 798, n. 2; Freisen p. 443.* 4) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 62, num. 2; Loening II, 317, n. 1; Hinschius IV, 806, n. 4.* 5) *Cf. Hinschius IV, 842, n. 4.*

XV. Si quis presbyter adque diaconus, qui neque in civitate neque in parrochiis canonecus esse[1] dinuscitur[2], sed in villolis habitans, in oraturiis officio sancto deserviens celebrat divina mysteria, festivitatis praecipuas: Domini natale, pascha, pentecosten et si quae principalis festivitatis sunt reliquae, nullatenus alibi nisi cum episcopo suo in civitate teneat. Quicumque etiam sunt cives natu maiores, pari modo in orbibus ad pontifices suos in praedictis festivitatibus veniant[3]. Quod si qui inproba temeritate contimpserint, hisdem festivitatibus, in quibus in civitate adesse dispiciunt, communione pellantur.

XVI. Episcopus, presbyter adque diaconus ita sancte conscientiae luce resplendeant, ut effugiant probitate actuum maledicorum obloquia et testimonium in se divinum inplere contendant, quod Dominus ait: *Sic luceat lumen vestrum coram hominebus, ut videntes vestram bonam operam glorificent Patrem vestrum, qui est in caelis.* Igitur auctoritate canonica adque mansura in evum constitutione sancimus, ut fugiatur his extranearum mulierum culpanda libertas et tantum cum avia, matre, sorore vel nepte, si necessitas tolerit, habitent; de quibus nominibus, ut priorum canonum series continet, nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari. In cubiculo etiam horum adque cellario vel familiari quolibet servitio neque sanctimunialis ulla neque extranea mulier neque ancilla ullo modo admittatur. Quod si quis praeceptorum Dei inmemor crediderit contemnendum, sciat se auctoritate canonica conmunionis sine dubio subire iacturam. Quod si antestis culpam hanc distringere in presbytero adque diacono suo canoneco rigore noluerit, ipse severitate sententiae feriatur[4]. Matth. 5, 16.

1 XV] XIIII *CFM Gonz.*, XVI *LN* quis ex presbyteris aut diaconis *Crab. Sur. Sirm.* qui *om. Gonz.* parrociis *L*, parochiis *FN Gonz.* 2 oratorio *Crab. Sur.* officio *om. PM* 3 celebrare *L*, caelebrae *PM* misteria *LPN* penthecosten *N* 4 et *om. F* sunt festivitatis *PM* principales sunt reliquae solennitates *Sirm.* 5 teneat] *L Gonz.*, teneant *rel.* etiam *om. LFN Gonz.* sunt aetiam (eciam) *PM* 6 urbibus *codd. praeter C* ad *om. C* festivitatibus] civitatibus *F* veniat *L* quis *LF'* 7 contempserit *F* in *ante* quibus *om. Crab. Sur. Sirm.* in civitate *om. F.*

9 XVI] XV *CFM Gonz.*, XVII *LN* episcopi presbyteri atque diaconi *F'* ita sancte consc.] tam sancta conscientia *Crab. Sur.* luce *om. PM* 10 probitate] pravitatem *L*, p-tate *N*, propriaetate *F* et *om. LN Gonz.* 11 inplere] habere *C* sic luceat — ut *om. LN Gonz.* 12 ut *om. F* vestra bona opera *LN Gonz.* et glorificent *PM* *in verbis* qui est in caelis *finit textus M* *verbo* igitur *praeponitur numerus* XVI *F Gonz.*, XVIII *LN* 13 canonis *F* adque] aliquae *P*, aliqua *Crab. Sur.* mansurae *PF* evum] eum $L^{a}P$, ea *Crab. Sur.* sancimus] LN^{a} *Gonz.*, sanctimus *C*, sanccimus *P*, sancximus FN^{b} his] ab omnibus clericis *LN Gonz.*, ab his *Crab. Sur.* 14 et] ut *F* aviam *P*, *om. F* 15 tolerit] *CN*, tulerit *LPF Gonz.*, compulerit *Crab. Sur.* nominibus] omnibus *Crab. Sur.* 16 est *om. F* cubiculum ... cellarium *F* 17 scaemonialis *F* mulier sit *LN Gonz.* 19 contemnendum] $L^{b}N$, continendum L^{a}, contenendum *C*, contempnendum *PF* iacturam] iactura L^{a}, *et finit hic textus LN Gonz. additis verbis* finit amen *L* 20 antestitae *P* distinguere *F*, distringere *ponitur post* suo *P* presbytero] *F*, presbs *C*, presbiteri *P* adque] *C*, ac *P*, aut *F* diacs *C* 21 severitatem *F* sententia *C*, s-cia *P* ipse severitate sententiae vel severitatis sententia feriatur. *Crab. Sur.*

1) *Cf. conc. Agath. c. 2; iunge Loening II, 333, n. 3; Hinschius II, 51, n. 3.* 2) *Cf. conc. Vas. a. 529. c. 1. 2.* 3) *Cf. conc. Agath. c. 21; iunge Loening II, 352, n. 1; cf. etiam conc. Epaon. c. 35.* 4) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 29; iunge Loening II, 323, n. 2.*

Series subscriptionum ex codice C.

Honoratus in Christi nomine episcopus constitutionem nostram relegi et subscripsi.
Gallus in Christi nomine episcopus consensi et subscripsi.
Gregorius in Christo episcopus consensi et subscripsi.
Hilarius in Christi nomine episcopus consensi et subscripsi.
Ruricius in Christi nomine episcopus consensi et subscripsi.
Flauius Deo propitio episcopus consensi et subscripsi.
Nicetius Deo propitio episcopus consensi et subscripsi.
Deuterius in Christi nomine episcopus consensi et subscripsi.
Dalmatius in Deo episcopus consensi et subscripsi.
Lupus in Christo episcopus consensi et subscripsi.
Domitianus episcopus consensi et subscripsi.
Uenantius episcopus consensi et subscripsi.
Hesperius episcopus consensi et subscripsi.
Desideratus Deo propitio episcopus consensi et subscripsi.
In Christi nomine Gramatius episcopus consensum nostrum relegi et subscripsi.

Series subscriptionum ex codice P cum lectionibus codicis F.

Honoratus in Christi nomine episcopus ecclesiae Bituriuae subscripsi.
Gallus in Christi nomine episcopus ecclesiae Aruernis subscripsi.
Gregorius in Christi nomine episcopus ecclesiae Lengonicae consinsi et subscripsi.
Helarius in Christi nomine episcopus ecclesiae Gaualetanae subscripsi.
Ruricius in Christi nomine episcopus ecclesiae . . . consensi et subscripsi.
Flauus in Christi nomine episcopus ecclesiae Reminse Deo propicio subscripsi.
Nicecius in Christi nomine episcopus ecclesiae Treuerecae subscripsi.
Deuterius in Christi nomine episcopus ecclesiae Lutiuae subscripsi.
Dalmacius in Christi nomine episcopus ecclesiae Rotine subscripsi.
Lupus in Christi nomine episcopus ecclesiae Catalaunicae subscripsi.
Domicianus in Christi nomine episcopus ecclesiae Tongrorum, quod et Traiecto, subscripsi.
Uenantius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uiraninsis subscripsi.
Sperius in Christi nomine episcopus ecclesiae Metenses subscripsi.
Desideratus in Christi nomine episcopus ecclesiae Uiridoninsis subscripsi.
Gramatius in Christi nomine episcopus ecclesiae Auenticae subscripsi.

18 *Post v.* episcopus *formula sic continuatur:* constitutionem nostram relegi et subscripsi diae et tempore supr scrpti de bitur *F* sūb *P hic et semper* 19 *post v.* episcopus, *quam ubique verba* in christi nomine *praecedunt, formula hic et semper sic pergit:* consensi (cons *hic et semper*) et subscripsi (subscrips *hic*, subs *postea semper*) de *addito nomine civitatis F* aruernis] de aruennum *F* subscripsi *posuimus, cum in codice P haec exstent:* nota die et p qup 20 *Gregorius vocatur episcopus* de gabalitano *F* 21 *Hilarii subscriptio desideratur F* 22 rucius *F et vocatur episcopus* de remus, *Ruricius vocatur episcopus ecclesiae Lemovicae Crab. Sur. Sirm.* 23 *Flavii subscriptio desideratur F* 24 de treuerino *F* 25 lutiuae] de rutenus *F* 26 *Dalmatii subscriptio desideratur F* 27 lopus *F* de cathalaunis *F* 28 *Domitianus vocatur episcopus* de colonia *F* 29 de uiuario *F* 30 hisperius *F* de metis *F* 31 de uereduno *F* 32 gromatius *F* *nomen civitatis hic desideratur F.*

Domino inlustri atque praecellentissimo domno et filio Theodoberto regi Honoratus, Hilarius, Gregorius, Roritius, Nicecius, Flauius, Domitianus, Deutherius, Gallus, Dalmacius, Uenantius, Gramatius, Lopus, Sperius et Desideratus episcopi.

Dum in Aruerna urbe ad replicanda canonum instituta vel studio elucedande legis ecclesiasticae his, qui dubitate regende vitae propriae forsitan praemebantur, cultoris vestri, eclesiarum vestrarum episcopi, pariter sederent, plurimorum ad nos suae disperationis remedium flagitantium turba confluxit, sperantes, ut non minus pro regni vestri felicitate, quam pro sua consolatione piaetatem vestram nostra humilitas exoraret, ut per suggessionem nostram iusticiae et piaetates vestrae auribus intimaretur, ut nullum de rebus vel possessiunculis propriis alienum piaetas vestra permitterit, ut, dum unius regis quisque potestati ac dominio subiacet, in alterius sortem positam cuiuscumque, ut adsolit, inpetitione non amitterit facultatem. Quod nos de vestri culminis iustitia et piaetate fidentis non credimus denegandum, ut, dum plurimorum necessitatibus iusta, ut credimus, et Deo placente suggessione consulimus, prosperitatem regno vestro et repraesentationem caelestis Domini per indultam piaetatis gratiam augeatis. Unde reverentissime, ut dignum est, supplicantes quesumus, ut hoc nostrae petitioni divino intuitu piaetas vestra non deneget, ut tam rectores ecclesiarum vestrarum, quam universi clerici atque aetiam secularis sub regni vestri conditioni manentis nec non ad domnorum regum patrum vestrorum dominium pertinentis, de eo, quod in sorte vestra est, et quod habere proprium semper visi sunt, extraneos non permittatis existere, ut securus quicumque propriaetatem suam possidens debita tributa dissolvat domino, in cuius sortem possessio sua pervenit. Quod et thesauris vestris omnino utilius esse censimus, si per piaetatem vestram salvata possessio consitudinariam intulerit functionem; et nos peculiarius vestra clementia consolatur, si obtentu huiuscemodi petitionis nos quoque celsitudo vestra fecerit gratulari.

1 illustrissimo *Gonz.* 2 hilarus *V* roricius *V*, Soricius *Gonz.* Necetius *Gonz.* 3 domisianus *F*, Domitius *codd. Gonzalezii praeter Ae* *Deutherius et Gallus, postea Venantius et Gramatius et v.* episcopi *om. in codd. Gonz. praeter Ae* deotherius *V*, Deuterius *cod. Gonz. Ae* uenantus *F* Gramaticus *cod. Gonz. Ae* 4 lupus *V et cod. Gonz. Ae* episcopi] ep̄s *F* 5 aruenna *F* statuta *Gonz.* 6 dubitate, *idem quod* dubietate *ex lectione depravata codicum* dubitae *potius corrigendum esse nobis visum est, quam* dubitatione, *quod Sirmondus praebet,* dubietate *Gonz.; cf. Du Cange s. v. 'dubitas'* 7 sederemus *Gonz.* 9 consolationem *F* 10 ut] et *Sirm.*, ut nunc *Gonz.* vestrae] *Gonz.*, vestris *FV* 12 ut] et *Sirm.* domino *F* 14 iustitia et] *Gonz.*, iustitiae *FV* 15 iusta] *Gonz.*, iuxta *FV* placentes *Gonz.* sugg. consulimus] *Gonz.*, suggessionem (suggest-) colimus *FV* 16 repensationem *Gonz.* *ad v.* pietatis *Gonz. in marg.:* T. 1: per indultam pietatem, T. 2: per indulgentiam pietatis 17 augeatis] habeatis *Gonz. cum adn.:* Ae.: augeatis supplicantes *correximus cum Sirm.*, suspicantes *FV*, sospitantes *Gonz.* hoc] *Gonz.*, huc *FV* 18 petitione *F* tam ... quam] tum ... cum *Gonz.* rectores] *Gonz.*, recte *F*, rectae *V* vestrarum *om. Sirm.* 19 universos clericos *Gonz.* 20 domnorum regum] regnorum *Gonz.* dominium] *Gonz.*, dominum *F*, dn̄m *V* de eo, quod — existere *correximus*, de quod in sorte vestra est extraneus de quo haberi proprium semper visi sunt, non perm. existere *codd.*, de quo (quod *Sirm.*) in sorte vestra est extraneos, de quo (quod *Sirm.*) habere proprium semper visi sunt, non perm. existere *Gonz. Sirm.* 22 securos *V* 23 sorte *Gonz.* 24 per] semper *Gonz.* 26 quosque *V* *add. in fine:* explicit *FV*.

CONCILIUM AURELIANENSE*.

538. Mai. 7.

Collati sunt codices hi: Parisiensis Lat. 12097 (nobis C) fol. 221, Coloniensis 212 (nobis K) fol. 87, Phillippsii 1745, nunc Berolinensis, (nobis L) fol. 56, Phillippsii 1743, nunc Berolinensis, (nobis R) fol. 143, Berolinensis 435 (nobis H) fol. 140', Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 147', Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 98 (quos tres HAB, ubi in lectionibus inter se conveniunt, signo α, accedente codice R signo β significamus), Parisiensis Lat. 1564 (nobis P) fol. 58, Vaticanus Palatinus 574 (nobis N) fol. 66', Tolosanus 364 (nobis T) fol. 94', Albigensis 2 (nobis I) fol. 128. Cum in antiquissimo codice C canones I—XIII. et initium canonis XIV. desiderentur, eius vice hac in parte concilii codicem K, qui ei aetate proximus est, in scribendorum verborum ratione secuti sumus.

Adferunt concilium hoc Crabbius II, 48', Surius II, 604, Sirmondus I, 247, Gonzalezius I, 251.

Inscriptio desideratur C. In codice K solum in indice haec leguntur: Cañ Aurelian̄ episcoporum XXXVI. *Reliqui libri praebent has inscriptiones ante canones ipsos:* In Christi nomine incipit synodus Aurelianensys secunda *L.* Incipit canonis Aurilianensis tempore Childeberti regis *β.* Item concilium habetum in civitate Aurilianorum sub die nonarum mensis tercii, quarto post consolato Paulini iunioris, anni XXVI. regis Hildeberthi *P.* Synodus Aurelianensis *N.* Incipiunt canones Aurilianensis (Aurel-) secundi *TI.*

In dividendis et numerandis canonibus libros vetustiores K et L, quibus et N et Gonz. suffragantur, secuti sumus; numeri autem, quos a canone IX. uncis inclusos apposuimus, respondent divisioni et numerationi, quae inde ab editione Sirmondiana in usu erant.

Subscriptiones minus in ordine nominum differunt, quam in formulis adhibitis, cum codices recentiores eas nominibus civitatum singulorum episcoporum, quae in libris vetustioribus desunt, auctas praebeant.

Non est omittendum temporis adnotationes inter se dissidere; nam codex P in inscriptione annum regis Childeberti XXVI. laudat, postea in duabus primis subscriptionibus, ubi codices β annum XXVII. habent, in altera annum XX., in altera XXVI. scribit; codices KLN in eisdem subscriptionibus indictionem II. praebent, quae falsa est, quoniam demum a mense Septembri cum anno 538. congruit. Consulatus vero annus, qui in omnibus recentioribus libris invenitur, cum anno regni XXVII. concordat.

*) *Haec synodus a Gonzalezio in editione eius Hispanae* Concilium Aurelianense II., *a ceteris editoribus* Concilium Aurelianense III. *appellatur.*

Cum in Dei nomine in Aurelianensi urbe ad sinudale concilium venissimus, de his, quae per longum tempus observatione cessante fuerant intermissa, priorum canonum tenore servato praesentibus regulis vetera statuta renovavimus et nova pro causarum vel temporum condicione addenda credidimus.

I. Primum, ut unusquisque metropolitanus in provincia sua cum conprovincialibus suis singulis annis synodale debeat oportuno tempore habere concilium[1]. Quod si illum infirmitas aut necissitas certa tenuerit, ut ad alium constitutum locum adesse non possit, ad suam civitatem suos evocit fratres[2]. Quod si intra biennium divinitus temporum tranquillitatem concessa admonitis conprovincialibus a metropolitano synodus indicta non fuerit, metropolitanus ipse pro evocationis tarditate anno integro missas facire non praesumat[3]. Quod si evocati nulla corporali infirmitate detenti adesse sua abutione despexerint, simili sententiae subiacebunt[4]; qui tamen et hanc excusatione sibi noverint esse sublatam, si absentiam suam divitione sortis crededirint excusandam[5].

II. Ut nullus clericorum a subdiacono et supra, qui uxores in proposito suo adcipere inhibentur, propriae, si forte iam habeat, misciatur uxori. Quod si fecerit, laica communione contentus iuxta priorum canonum statuta ab officio deponatur. Quem si sciens episcopus suus in hac vilitate permixtionis viventem ad officium postea admiserit, et ipse episcopus ad agendam paenitentiam tribus mensibus sit a suo officio sequestratus[6].

III. De metropolitanorum vero ordinationibus id placuit, ut metropolitani a metropolitano omnibus, si fieri potest, praesentibus conprovincialibus ordinentur, ita ut ipsi

1 in *ante* aurel. *om. KN* aurelianensi] *KL*, aurilianensi (a-ninsi) *HP*, aurelianense *TN*, aurilianinsem *RA*, aurelianinsem *B*, aurelianensem *I* urbe] *KN*, orbe *P*, urbem *rel.* synodale *LN Gonz.*, senodalem *α*, synodalem *RTI* convenissemus *Gonz.* 2 quae] qui *βP, om. I* longo *P* praetermissa *K* canone *K* 3 praesens *R* renovamus *TI*, renovavamus *P*, servanda *β* et] ut *TI* 4 credimus *I*, decrevimus *K*.

5 ut *om. R* unusquis *P* provincialibus *KN* 7 alium *om. β* 8 posset *P*, potuerit *TI* quod] ut *β* si intra *corr. ex* sunt *L* si *om. TI* divinitus] definitus *β* 9 tranquillitatem] *KRI*, t-tate *rel.* admonitis (*intell.* admonentibus)] *KN*, ammonitus *L*, admonitus *βPTI* 10 evocatis *R* 11 nulla] non *βPT*, in *I* detenti et *PT* 12 abutione] *KTI*, abusione *LPN Gonz.*, evocatione *β* dispexerint *PTIN*, distullerint *β* suae evocationi distulerint *Crab.* sententia *TI* excusationem *codd. praeter KP* 13 sublata *P*, subiectam *R* abssencia sua *P* divitione] *K*, divisioni *L*, divisione *PTIN Gonz.* divitione sortis] vigorem fortis *β*, *item Crab. cum adn.:* alias forte: vigore sortis.

14 et supra] insupra *PTI* qui] quos *βTI*, quo *P*, et quos *Sur.* praeposito *β* accipere *codd. praeter K* 15 inhibentur] *KLN*, inhibetur *rel.* et misceatur uxore *P* 16 deponatur de officio *K* 17 suus] *KTI Gonz.*, suos *rel.* hac *om. Sirm.* vilitate permixtionis *corr. cum Crab. Sur. Sirm.*, vilitates permixtionis *K*, vilitatis praesumptione *LN et Gonz. cum adn.:* T. 1: in hac vilitate praesumptiose, vilitatis permixtione *TI*, vilitate (utilitate *B*) permixtione (permixcionem *P*) *βP* 18 admiserint *L* adgendam *K*, agenda *α* penitentia *α*.

20 metropolitano] metropolitanis *α*, metropolitani R^b 21 provincialibus *Gonz. in textu, in marg.:* Ae., B. R., T. 1. 2, U.: comprovincialibns ordinetur *KLPTIN* ipse *L*

1) *Cf. conc. Aurel. a. 533. c. 2.* 2) *Cf. Loening II, 203, n. 2.* 3) *Cf. ibid. 204, n. 1.* 4) *Cf. conc. Aurel. a. 533. c. 1.* 5) *Cf. Waitz, Deutsche Verfassungsgesch. II, 115, n. 1; Loening II, 129, n. 1; Hinschius III, 474, n. 3. 6.* 6) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 7 i. f.; iunge Hinschius I, 148, n. 6; IV, 736, n. 9; 817, n. 2.*

metropolitano ordinandi privilegium maneat, quem ordinationis consuitudo requirit[1]. Ipse tamen metropolitanus a conprovincialibus episcopis, sicut decreta sedis apostolicae continent[2], cum consensu clerus vel civium elegatur[3], quia aequum est, sicut ipsa sedis apostolica dixit: 'Qui praeponendus est omnibus, ab omnibus elegatur'[4]. De provincialibus vero ordinandis cum consensu metropolitani clerus et civium iuxta priorum canonum statuta volumtas et electio requiratur[5].

IV. De familiaritatem extranearum mulierum licit iam multa, quae observari debeant, multis canonecis sententiis fuerint statuta, tamen, quod agnoscitur saepe transcendi, convenit replicari. Ideoque statuimus, ut ne quis antestitum clericorumque omnium licentiam habeat intra domum suam ullam absque his propinquis mulieribus, quas priores canones elocuntur, habere personam[6]. Quibus etiam id specialiter inhibeatur, ut, si quis clericorum suspicionem adversam aut oblucutione populi de muliere quacumque fortassis incurrerit, eam statim, si intra domum suam habit, abiciat; si certe extranea et sui iuris est, ita omnibus condicionibus studeat evitare, ut infamia, quae excitata est, abrogitur. Quod si quilibet ille antestitum vel clericorum, quod supra scriptum est, vetare noluerit, pro inobidentia triennii excumunicatione multetur[7]. Quod si adulterii permixtio fuerit adprobata, in regradatione honorum priorum canonum statuta serventur. In quibus communitionibus metropolitanus a conprovincialibus, conprovincialis a metropolitano cum reliquis conprovincialibus distringatur.

V. Si que oblationis in quibuslibit rebus adque corporibus conlate fuerint basilicis in civitatibus constitutis, ad potestatem episcopi redigantur et in eius sit arbitrio, quid ad reparationem basilicae aut observantum ibi substantia depotetur. De faculta-

1 privilegio *TI* quem] quam *KLN*, quod *Gonz.* requiratur R^a, requirat $R^b\alpha$ 2 sicut] si quod *R*, $\frac{i}{s}$ *H* decretum *P* 3 clerus] cleri L^b *Gonz., om. TI* quia — elegatur *om. HA, add. ab alia, sed antiqua manu iisdem fere cum mendis, quas in cod. R invenimus, praemissa hac adnotatione:* sicut in alio libro est *B* quia aequum] quae cum *RB* sicut] si quod *RB* 4 sedi *R*, sed *B* dixerit *RB* *add.* ut *post* dixit *Sur. Sirm.* qui *om. RB* proponendus *RB* ab] et ab *RB* conprovincialibus *βPTI* 5 cum *om. R* consensum *LR* clerus] cleri L^b *Gonz.* et] vel *β* iux *K* propriorum *α* 6 elect. et vol. *β.*

7 de — mulierum *om. Crab., est titulus ap. Gonz.* familiaritatem] *K*, familiaritate *rel.* licit iam] licentiam *P*, letitia *I* 9 clericorum *β* 10 his *om. β* 11 etiam et id *LPTIN Gonz.* inhibeatur] *K*, inhibytur *L*, inhibitur *αN*, inhibetur *rel.* 12 suspicione *PN* adversum *K*, adversa *P* aut] ad *Sur.* oblucutione] *K*, obloquutione *T*, oblocutionem *rel.* de *om. R* mulierem *β*, mulierim *P* 13 quamcumque *β*, quemcumque *P* incurrererit *L* suam *om. Crab. Sur.* 14 evitare] etviare *α*, inetere *R*, obviare *Crab.* 15 quod si *om. α* 16 supra *om. L* vetare] *KR*, evitare *TI*, vitare *rel.* excommunicationem *β* multentur *βPTI* 17 si de adulterii permixtione fuerit comprobatus *Crab.* permixcione (p-tione) *β* degradatione *Gonz. cum adn.:* Ae., B. R., T. 1. 2, U., G.: regradatione 18 communitionibus (common-)] *LTIN Gonz.*, comnionibus *K*, communionibus *β*, communicacionibus *P* conprovincialis *β*, *et add.* suis *α* 19 conprovincialis a *om. β*, conprovincialis — conprovincialibus *om. K* conprovincialis] *L*, conprovinciales *PTIN* distringantur *I Gonz.*, distragatur *K.*

20 que] *KP*, quae *LTIN*, qui *R*, quis *α* in *om. α* 21 redagantur *R* eius] eis *L* 22 quid] quicquid *N* ad] in *α* reparatione *RHA* observantium *α*, observantiam *L*, observandum *P*, observanda *Gonz.* substantiam *TI*, substantiae *Crab.*, substantiam *Sur. Sirm.*, *intellige: aut ad observantium ibi substantiam* deputantur *I*

1) *Cf. Hinschius I, 102, n. 2; Loening II, 201, n. 3.* 2) *Cf. Hinschius II, 515, n. 6.* 3) *Cf. conc. Aurel. a. 533. c. 7.* 4) *Vide c. 6 epist. S. Leonis M. ad episcopos per Viennensem prov. 'Divinae cultum' (Jaffé-W., Reg. n. 407), ubi legitur: 'Qui praefuturus est omnibus, ab omnibus eligatur'.* 5) *Cf. conc. Arvern. a. 535. c. 2; Thom. P. II, l. 2, c. 10, num. 10.* 6) *Cf. eiusd. conc. c. 16.* 7) *Cf. Hinschius IV, 732, n. 7.*

tibus vero parrociarum vel basilicarum in pagis civitatum constitutis singulorum locorum consuetudo servetur[1].

VI. De clericorum praemittenda convertione id omnimodis observetur, ne ullus ex lahicis ante annualem conversationem vel aetatem legitimam, id est viginti quinque annorum diaconus et trigenta presbyter, ordinetur[2], ita ut de ipsis quoque, qui ordinandi sunt clerici, regulare costodiatur studium, ne aut duarum uxorum vir aut renupte maritus aut paenitentiam professus[3] aut simus[4] corpore vel qui publice aliquando adreptus est ad supra scriptus ordines promoveatur. Quod si sciens episcopus contra haec statuta agendum esse crediderit, his quidem, qui ordinatur, suscepto iuxta anteriores canones privetur officio, sed et ille pro ordinationis timeritate sex mensibus a celebrandis officiis sequestretur. Quod si messas intra statutum tempus facere praesumpserit, anno integro ab omnium fratrum caritate[5] privetur. De quorum promutionibus si quis clericus aut civis testis extiterit, quorum testimonio, dum creditur, frequenter pontificis ignorantia praevenitur, cum agnitum fuerit ordinationem inlicitam celebratam[6], anno integro a communione pellantur. Qui tamen si periculosam infirmitatem incorrerint, viatica illis communio non negetur.

VII. Clerici vero qui, cum uxores non habent, benedictione suscepta coniugia credederint elegenda, qui volentes absque ulla reclamatione in aetate fuerint legitima ordinati, cum ipsis mulieribus, quas acciperint, excommunicatione pellantur. Quod si invitus vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, sed non a communione pellatur[7]. Episcopus autem, qui invitum aut reclamantem praesumpserit ordinare, annuali paenitentiae subditus missas facire non praesumat[8].

1 parrochiarum *PI*, parochiarum *N*, parociarum *H* civitatium *LPN*, civitacium *HA*, *om. R* constitutarum *Gonz.* 2 *ad v.* consuetudo *Gonz. in adn.*: Ex Ae., B. R., T. 1. 2, U.; in A. et reliquis: constitutio se servetur *R*.

3 clericorum] alicorum *L* permittenda *R*, praetermittenda *Sur.* convertione] *K*, conversationem *RI*, conversatione *T*, conversione *rel.* id] ideo *P* 4 laicis *codd. praeter K* ante *om. R* annuale *βP* conversationem] *KRTI*, conversione *P*, conversionem *rel.* aetate legitema *P* id est ante *Gonz.* viginti et quinque *βTI*, XX et V *P* 5 diaconus] de hac *R*, *om. TI* et *om. TI* trigenta] *K*, XXX *P*, triginta *rel.* qui *om. P* ordinati *H* 6 clerici *cum codd. et Gonz. scripsimus*, clericis *rel. edd.* regulari *αPTI* costodiantur *K* studio *βPTI* 7 simus] *unus K*, semus *rel.*, senius *Crab. Sur.* vel *om. K* qui *om. TI* 8 ad] a *K* ordine *K* insciens *R* 9 his] is *PTI* 10 privatus *R*, privatur *HAP*, prividatur *B* sed] sit *R* et *om. βTI* ordinationes *PN*, ordinatione *β* taemeritates (tem-) ex *LR*, temeritatis ex *α* a] ad *β*, *om. TI* 11 quod] quo *K* missas *codd. praeter K* statum *L* facere tempus *P* facere *om. R* 12 ab *om. Crab. Sur.* de *om. R* promonicionibus *P*, promotionibus *Gonz. cum adn.:* T. 2, G.: promonitionibus 13 testimonium *R* dum] duuiu *L* crediretur L^a 14 ordinacione *P* inlicite *β*, inliceto *PTI* 15 caelebrata *P* a *om. Gonz.* pellatur *βN*, conpellantur *K* qui — negetur] qui si in *(om. R)* infirmitate decederint (deciderint *αT*, deciderunt *I*) eis viaticum non negetur *βPTI* 16 incorrerint] *L*, incurrerint *N*, incurrint *K* viaticata *K* com**munio *L*, *om. K*.

17 habent] haberint *R*, habuerint *α Gonz.*, haberent *PTI* noniugia *L* crederint *RH*, crederent *AB*, crediderunt *Gonz.* 18 quia *Gonz.* legitimam *L* 19 acceperant *I*, acceperunt *Crab. Gonz.* excommunicati *R* pellantur] percellantur *Crab. Sur. Sirm.* quo *R* 20 deponatur] *LαT*, deponitur *KPIN*, deponetur *R* a *om. R* 21 pellatur] *L*, pellitur *KTIN*, pelletur *αP*, pellantur *R* episi *L* invito *β* praesumpsit *P* 22 paenitentia *β* subditas *H*.

1) *Cf. Richter, Kirchenrecht § 308, n. 5; Loening II, 636.* 2) *Cf. conc. Arel. a. 524. c. 1.* 3) *Cf. conc. Epaon. c. 2; Arel. a. 524. c. 3.* 4) *Cf. Du Cange ad h. v.* 5) *Cf. Hinschius IV, 742, n. 4.* 6) *Cf. Loening II, 283.* 7) *Cf. Hinschius IV, 812, n. 3.* 8) Episcopus — praesumat = *D. 74 c. 1. — Cf. Hinschius IV, 818, n. 6.*

VIII. De adulteriis autem honoratorum clericorum id observandum est, ut, si quis adulterasse aut confessus fuerit vel convictus, depositus ab officio communione concessa in monasterio toto vitae suae tempore retrudatur[1].

IX. (VIII.) De clericorum honoratorum furtis aut falsitatibus. Si quis clericus furtum aut falsitatem admiserit, quia capitalia et ipsa sunt crimina[2], communione concessa ab ordine regradetur. De periurio vero id censuimus observandum, ut, si quis clericus in causis, quae sub iureiurando finiendae sunt, praebuerit iuramenta et post rebus evidentibus detegitur perierasse, biennii temporis excommunicatione plectatur[3].

X. (IX.) De his, qui ex concubinis filios habent et uxoris legitimas habuerunt aut defunctis uxoribus sibi concubinas publice crediderint sociandas, id observandum esse censuimus, ut, sicut eos, qui iam sunt clerici per ignorantiam ordinati, non removemus, ita statuimus, ne ulterius ordinentur.

XI. (X.) De incestis coniunctionibus ita quae sunt statuta serventur, ut his, qui aut modo ad baptismum veniunt aut quibus patrum statuta sacerdotali praedicatione in notitiam antea non venerunt, ita pro novitate conversationis hac fidei suae credidimus consolendum, ut contracta hucusque huiusmodi coniugia non solvantur[4], sed in futurum, quod de incestis coniunctionibus in anterioribus canonibus interdictum est[5], observetur, id est, ut ne quis sibi coniugii nomine sociare praesumat relictam patris, filiam uxoris, relictam fratris, sororem uxoris, consubrinam aut subrinam, relictam avunculi vel patrui. Quod si qui in hoc incesti adulterio potius quam coniugio fuerint sociati, quandiu se non sequistraverint, a communione ecclesiastica repellantur. Illud quoque adiciendum esse credidemus, ut in episcopi discussione consistat de his, qui in civitate sua hac territorio consistunt et tali sunt ordine sociati, utrum ignoranter ad inlicita

Canon VIII. *cum praecedenti canone* VII. *coniungitur* βPTI. 1 *ad v.* honoratorum *Gonz. in marg.:* U.: honorandorum 2 adulterasset vel confessus *Gonz.* communio concessa *in marg. adscriptum est R* 3 monastherio *L*, monastirio *RN*, monasterium *Gonz.* trudatur *RHA*, trudatus *B*, retrudantur *K*.

4 de — falsitatibus *om. Crab. Sur.* 5 quia] qui *L*, et qui *R*, et quia α et] etiam *Crab. Sur.* comm. conc. *om. TI* 6 gradentur α, degradentur *R*, degradetur *Gonz. cum adn.:* T. 1. 2, U., G.: regradetur 7 sub] suo β iureiurando] β*TIN Gonz.*, iuraeiurando *P*, iurando *K*, ireiurando *L* definiendae *T*, definienda *I*, veniende *R*, faciendae *Gonz. cum adn.:* B. R., U., G.: finiendae 8 post rebus] pos (post *L*) tribus *KL* *ad v.* evidentibus *Gonz.:* T. 2: evenientibus perierasse] *KR*, perierassi *L*, periurasse *rel.* bienni tempore β excommunicatione] excommunione *K*, a communione β 9 pellantur *R*, pellatur α.

10 habuerunt] habuerint β, post habuerint *Crab.* 11 sibi] sive *P* 12 censemus *IN Gonz.* sicut] siquod *R* qui iam] quam *L* ignorantiam] ordinanciam *P* removeamus β 13 ordinemus *K*.

14 instituta N^a his] hi *Crab. Sur.* 15 baptismo *P* 16 antea in notitia α ante innocentia noverunt *R* conversationis] *KR*, conversionis *rel.* hac] *unus K*, ac *rel.* credimus *L Gonz.* 18 in | dictum *L* 19 ut *om. L* sub *add. ante* coniugii β*TI* coniugii] coniugi in *L*, iungii *B* filiam — fratris *om. L* 20 uxorem *N* sorore *P* avunculo *P* 21 qui *om. KTI* adulterio — sociati *in marg. adscriptum est N* coniugio — sequistraverint *om. R* coniugia α quandiu] quae diu α 22 quoque] etiam *Crab. Sur. Sirm.* 23 credimus *L* episo *L*, episcopi sui *Gonz.* consistant β *Gonz.* 24 hac] *unus K*, ac *rel. codd.*, aut *Gonz.* consistent *RHA*^{b}*B*, consistant *A*^{a} talis *K*

1) *D. 81 c. 10. — Cf. conc. Epaon. c. 3; iunge Hinschius IV, 808, n. 1; 819, n. 3.* 2) *Cf. Hinschius IV, 806, n. 4; 807, n. 1. 2.* 3) *Cf. ibid. 834, n. 9.* 4) *Cf. Loening II, 549; Freisen p. 575.* 5) *Cf. conc. Epaon. c. 30; conc. Arvern. a. 535. c. 12.*

coniugia venerint, an per contumaciam, quae sunt interdicta, praesumpserint; quia, sicut his, qui per ignorantiam lapsi sunt, subvenitur, ita illis, quibus prius patrum statuta in notitia venerunt quique etiam contra sacerdotum interdicta in tali permixtione versantur, priorum canonum in omnibus statuta serventur, ut non prius in communione recipiantur, quam incesti adulterium, sicut scriptum est, separatione sanaverint, quia in lege Domini manifeste legitur: *Maledictus, qui dormierit cum uxore patris sui, cum privigna vel sorore uxoris suae,* et reliqua his similia. Quo fit, ut, quos Deus maledixit, nos nisi emendatos benedicere non possimus. Deut. 27, 20 sq.

XII. (XI.) Si qui clerici ministeria suscepta quacumque occasione agere, sicut et reliqui, detractant et excusationem de patrociniis[1] quorumcumque, ne officium inpleant, praetendunt hac sacerdotes suos sub huiusmodi causa aestimant per inoboedientia contemnendos, inter reliquos canonicos clericos[2], ne hac licentia alii vitientur, nullatinus habeantur neque ex rebus ecclesiasticis cum canonicis stipendia aut munera ulla percipiant.

XIII. (XII.) De agellis vero ceterisque facultatibus ecclesiasticis a sacerdotibus non alienandis nec per contractus inutiles obligandis priorum canonum statuta[3] serventur, ut nobis per nullus contractus res ecclesiasticas alienare aut inutiliter liceat obligare. Ea etiam, quae de rebus ecclesiasticis ab antecessoribus alienata vel quibuscumque instrumentis inutiliter in dispendio ecclesiae obligata nuscuntur et intra tricinaria tempora repetitio suppitit, quae acta sunt, subfragante iustitia per publicum aut electorum iudicium revocentur. Quod si his, qui rem ecclesiasticam tenit, admonitus iudicium declinaverit, quousque aut ad discussione veniat aut rem restituat ecclesiasticam, communione privetur[4].

1 venerant *K* an] aut *α* contomaciam *N*, contomacia *B*, conthomatia *R*, contomachia *HA* 2 qui *om. R* ignorantia *RHA* subveniuntur *β* 3 notitia] *KTI*, notīa *N*, notitiam *rel.* permixionem *R*, permixcione *P* 4 canone *R* prius in] prius ad *βPTI*, *om. Gonz.* communionem *RTI* 5 adulterio *PI* siquod *R* 6 maledictus *om. L* dormit *β* uxorem patri *L* 7 praevigna *N*, provigna *P* sororem *TI* uxoris suae sororis *R*, uxore suae sororem (sorore *H*) *α*, uxoris suae sorore *Crab. Sur. Sirm.* quo] quod *RP*, quae *N* deus *om. TI* maledixerit *Gonz.* 8 possumus *βIN*^{a} *Gonz.*

9 quis *αN* clericus *P* sicut et] quaeso quod *R* 10 detractant (detrectant *Gonz.*) et] *TIGonz.*, detractante *R*, detractant *vel* detrectant *rel.* excusatione *βP* officio *P* 11 praetendū *P*, praetende | tes *L* hac] *K*, a *α*, ac *rel.* suos *om. Gonz.* causa] musa *HA* extimant *TI*^{a}, existimant *I*^{b} *Gonz.* inoboedientiam *LN*, inoboeditientiam *R* contendendus *P*, contendunt *R* 12 clericos *om. I* hac] hic *P*, ac *I*, a *β* licentiam *L*^{a}*I* vitientur] *KHT*, vixentur *R*, vicientur *rel.* 13 canonibus *β*.

16 instituta *LN* 17 liceat *om. TI* 18 eam *P* 19 strumentis *R* inutiliter *om. R* dispendium *TIGonz.* et obligata *β* intra] in *R* tricinaria] *KL*, tricenaria *N*, trecinaria *P*, trecennaliae *R*, tricennaria *rel.* 20 tempores *R* quae acta *corr. ex* ut quae ita *L* suffragantiae *TI* publico *P*, supplicum *R* 21 electorum] rectorum *L*, clericorum *Crab.* si his *om. R* his] is *LTI* ecclesiastica *HAP* 22 aut *om. RIGonz.* ad] a *α*, *om. RN* discussionem *PBTINGonz.* aut] et *RGonz.* *ad v.* rem *Gonz. in adn.:* Ae.: quousque aut ad discussione veniat aut rem eccl. rest. *α* ecclesiastica *Gonz.*

1) *Cf. Waitz II, 194 sq.* 2) *Cf. conc. Arvern. a. 535. c. 15.* 3) *Cf. conc. Agath. c. 7.* 4) *Non, ut rem quam tenet ecclesiasticam, secundum quod Loeningius disputat (II, 698), simpliciter restituat, sed ut aut iudicio se sistat aut rem restituat, possessorem excommunicandum esse canon praecipit. Alienationem enim aut nullam esse aut saltem rescindi posse concilii patres arbitrantur; alioquin sane absurdum esset, ut ea 'quae acta sunt' per iudicem sive publicum sive ex compromisso sumptum revocanda esse constituerent.*

XIV. (XIII.) De mancipiis Christianis, quae in Iudaeorum servitio ditenentur, si eis, quod Christiana religio vetat, a dominis inponitur aut si eos, quos de eclesia excusatos tollent, pro culpa, quae remissa est, adfligere aut caedere fortasse praesumpserint et ad ecclesiam iterato confugerint, nullatinus a sacerdote reddantur, nisi praecium offeratur hac detur, quod mancipia ipsa valere pronunciaverit iusta taxacio. Christeanis quoque omnibus interdicimus, ne Iudeorum coniugiis misceantur[1]. Quod si fecerint, usque ad sequestrationem, quisque ille est, cummunionem pellatur. Idem Christeanis convivia interdicimus Iudeorum[2]; in quibus si forte fuisse probantur, annuali excummunicatione pro huiusmodi contumacia subiacebunt[3].

XV. (XIV.) De missarum caelebritate in praecipuis dumtaxat solemnitatibus id observari deberi, ut ora tertia missarum caelebratio in Dei nomine inchoetur, quo facilius intra oras conpetentis ipso officio expedito sacerdotis possint ad vespertina officia, id est in vespertino tempore, convenire; quia sacerdotem vespertinis officiis ab eclesia talibus praeterea diebus nec decit deesse nec convenit[4].

XVI. (XV.) Episcopus in dioecisis alienas ad alienus clericus ordinandus vel consecranda altaria inruere non debere. Quod si fecerit, remutis his, quos ordenaverit, altaris tamen consecratione manente, transgressor canonum annu a missarum caelebritate cessabit[5].

XVII. De his vero clericis, qui sub qualibit occansione aut condicione in aliorum civitatebus vel terreturiis crediderint inmorandum, ne ad ullum clericatus honorem absque sui episcopi scripto adque consensu debeant promoviri[6].

1 tenentur *Gonz.* 2 quod] quod ad *K* a dominis] ad omnes *K*, ad hominis *P*, a dominus *HATI* quos *om.* β de *om. Gonz.* 3 tollet *Gonz.* praesumpserit βP 4 reddantur *postea adscriptum est R* *cum v.* nisi *incipit fragmentum concilii in codice C, quem abhinc in scribendi ratione verba sequimur* 5 hac] *unus C, om. P,* ac *rel.* detur *om. P* valere *om. P* valere constiterit iuxta taxationem *Gonz. cum adn.:* Ae.: valere pronuntiaverit iusta taxatio dinuntiaverit *K* iuxta βP, iustia *L* taxatione β, taxationem *Crab.* 6 christianus *RHA pro* iudeorum, *quod postea superscriptum est,* in iudiciorum *R* coniugiis — iudeorum *om. R* quod] que *H*, quae *AB*, qui *Crab.* 7 si *om. K* quisquis *Sirm. Gonz.* a communione *Gonz.* communione *codd. praeter C* repellatur *KN Gonz.* idem] id est α 8 si] se *P* forte fuisse] furisfuise *R* prob. fuis. *K* 9 excommunicationi *RATN* contumachia (conto-) β.

10 caelebritatem α solemnitates *C* 11 observare *KLPN* deberi] *C*α, debebit *KPTIN*, debet *L*, debit *R* hora *KLRTI* inquoetur *K*, incobetur *L*, incoetur *PIN* 12 horis *KLTIN* expeditos *P* sacerdotis] *C*, a sacerdote *P*, sacerdotes *rel.* 14 ab eclesia] ad ecclesia *L*, ad ecclesiam β praeterea] praecipue *Crab. Sur.*

15 episcopos *Gonz., retinuimus cum omnibus nostris codd. formam vulgarem* dioecisis] *C*, dioceses *LIN*, diocises *T*, diocisis *RA*, diocesis *HB*, deiocisis *P*, iocises *K* dioecesi aliena *Gonz.* 16 inruere] accedere β debere *codd. et Gonz.*, debet *rel. edd.* quo *AB*, aut *R* fecerint *PBTI Gonz.* ordinaverint *PTI Gonz.* 17 manentem KR^a transgressores *Gonz.* ab annua miss. *Gonz.* anno αPN 18 cessavit $K\beta P$, cessabunt *Gonz.*

19 *Canones* XVII. *et* XVIII. *inter se et a canone* XVI. *distinguuntur KLN Gonz., cum canone* XVI. *ambo in unum coniunguntur in rel. libris.* occasione *KLTIN Gonz.*, occansionem β condicionem β 20 civitates *R*, civitatis α nec *Crab. Sur.* ne ad ullum] nec ad *(om. K)* ultimum *KLN Gonz.* honore *L* 21 atque consensu *om. codd. Gonzalezii praeter Ae* debeant] *unus C,* habeat β, debeat *rel.*

1) *Cf. conc. Arvern. a. 535. c. 6.* 2) *Cf. conc. Epaon. c. 15.* 3) *Cf. c. 3 Th. C. ne Christianum mancipium Iudaeus habeat XVI, 9. Hic praecipitur, ut Iudaei servos Christianos hac dumtaxat condicione habeant, ut propriam religionem eos servare permittant. — Cf. Freisen p. 638.* 4) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 75, num. 3.* 5) *C. 7 q. 1 c. 28. — Cf. Hinschius I, 100, n. 2; IV, 736, n. 1.* 6) *Cf. conc. Arvern. a. 535. c. 11; iunge Hinschius I, 86, n. 1; Loening II, 332, n. 2.*

XVIII. Presbytero, diacono vel subdiacono sine episcopi sui litteris ambulanti iuxta statuta priora cummunionem nullus inpendat[1].

XIX. (XVI.) De raptoribus virginum consecratarum seu in proposito sub devotione viventium id statuimus, ut, si quis consaecratae vel devotae, id est religionem professae, vim inferre praesumpserit, a communione aeclesiastica usque ad exitum repellatur, viaticum tantum ei in infirmitatis pericolum reservato[2]. Quod si, quae rapta dicetur, cum raptore habetare consenserit, et ipsa excummunicatione simili feriatur. Quae forma et de paenetentibus hac viduis in proposito manentebus sub districtione aeclesiastica conservetur. Quod si quis sacerdos sciens huiusmodi persunis cummunicaverit, anno integro pacem aeclesiae non habebit.

XX. (XVII.) De munificentiis[3] vero sacerdotum id observandum, ut, si quid praesenti tempore a clericis de decidentum muneficentiis habetur vel possedetor, deinceps a successoribus nullatenus auferatur, ita ut, qui decessorum largitatibus gaudent, officia ecclesiae, obidientiam et affectum sacerdotebus praebeant. De quibus tamen munificentiis, quae praesenti tempore ab his, sicut dictum est, possedentur, si pro oportunitate episcopo placuerit, quod voluerit, cummotare, sine accipientis dispendio in locis aliis cummotetur[4]. De munificentiis vero praesentibus, quas unusquis clericis pro sua gratia eorum obsequiis extimat conferendas, sicut in arbitrio dantis est, ut tribuere, quibus voluerit, debeat, ita, si inobidientia vel contumacia in aliquo accipientis exteterit, culpa agnita in arbitrio sit presedentis, utrum vel qualiter debeat revocari[5].

XXI. (XVIII.) De his vero clericorum personis, que de civitatinsis ecclesiae officio monastiria, deiocesis[6] vel basilicas in quibuscumque locis positas, id est sive in terreturiis sive in ipsis civetatebus, suscipiunt ordenandas, in potestate sit episcopi, si

1 *ante vocem* presbytero *leguntur in libris, qui hunc canonem praecedenti adiungunt:* verum etiam *Cβ*, sed vero (verum) etiam *PTI* prb̄m diacm̄ v. subdiacm̄ *P* ambulantem *RHA*, ambulantes *P*, ambulante *I*, ambolancia *C* 2 communione *KβPI*, communitionem *L*.

3 raptibus *PTI*, raptu *β* preposito (praeposito) *KRHAN* devotionem (divotionem) *KL* 4 si quis consaecratae] quicumque sacratae *β* quis] qui *KLPTI*, quae *N* religione *RP* 5 praesumpserint *P* 6 pellatur *TI* viatico *NGonz.* ei] eius *C*, *om. L* in *om. β* infirmitate *P* pericolum] *C*, periculo *rel.* quae] qui *K* 7 et ipsa *om. C* 8 formam *α* et *om. Lβ* ac *codd. praeter C* viduis (s *superscr.*) in posita *L* praeposito *β* sub *om. R* 10 integro pacem *om. P* ecclesiasticam *β*.

11 id] qui *R* ut] quod sicut *Crab.* 12 de *om. CαTIGonz.* dicidentium (d-cium) *KP*, decedendum *R* decedentibus munificentii *Crab.* munificenciis — deinceps *in marg. adscriptum est L* 13 a *om. TI* auferantur *TI* ut *om. β* que *RB* de decessorum *α*, de successorum *K* 14 et ecclesiae *β* obidientiam] *CL*, oboedientia *PN*, oboedientiae *K*, oboedientiam *rel.* tamen *om. TI* 15 munficentiis *C* 16 accipientis] accedente *β* 17 vero *om. TI* praesentibus *om. R* unusquisque *edd.* clericus *KLN* 18 extimat] *KH*, extemat *RAB*, extemant *C*, aestimat *LPN*, existimat *TIGonz.* conferendus *K*, conferenda *TI*, conferdas *L*, referendas *P* sicut] sic *C*, siquod *R* tribueret *α*, retribuerit *R*, tribueri *P* 19 inobidientia] *CL*, inoboedientia *vel* inobedientia *rel.* contomachia *β* aliqua *KLNGonz.* 20 praesentis *R*, presentes *HA* utrum] verum *TI* revocare *αP*, observari *R*.

21 ecclesiae *om. R* 22 monastheria *KL*, monastirii *C*, monasterii *HA* deiocesis] *CKN*, deiocisis *P*, dioceses *LBTI*, diocisis *R*, diocesis *H*, deocisis *A* 23 suscipiuntur *β* sint *TI*, *Gonz. in marg.*: U., G.: consistat si] sed *P*, *om. TI*.

1) *Vide conc. Epaon. c. 6.* 2) *Cf. Hinschius IV, 797, n. 8.* 3) *Cf. Waitz II, 256, n. 1.* 4) *Cf. Loening II, 704.* 5) *C. 16 q. 6 c. 7.* 6) *Cf. conc. Epaon. c. 8.*

de id, quod ante de ecclesiastico munere habebant, eos aliquid aut nihil exinde habere voluerit, quia unicuique facultas suscepti monastirii, deiocisis vel baselecae debet plena ratione suffecere[1].

XXII. (XIX.) De contumacibus clericis. Si quis superbia elatus officium suum indignatione quacumque inplere noluerit, iuxta statuta priora[2] laica cummunione contentus ab ordene depositus tamdio habeatur, quamdio digna, sicut scriptum est, paenetentia et supplicatione satisfecerit; praesidente pontifice tamen illis regolariter et caritatem integram et, quaecumque illis stipendiorum iuxta consuitudinem redebentur, pro qualitate temporis ministrante[3]. De quebus si quaerilla procidat, officium agens recorrat ad sinodum.

XXIII. (XX.) Si quis clericorum circa se aut districtionem aut tractationem episcopi sui potat iniustam, iuxta antiquas constitutiones[4] recorrat ad sinodum.

XXIV. (XXI.) Si qui clericorum, ut nuper multis locis diabolo instigante actum fuisse perpatuit, revelli auctoritate se in unum coniuratione intercedente collegerint et aut sacramenta inter se data aut chartulam conscriptam fuisse patuerit, nullis excusationibus haec praesumtio praevelitur, sed res detecta, cum in sinodo ventum fuerit, in praesumturibus iuxta personarum et ordenum qualitatem a ponteficibus, qui tunc in unum collicti fuerint, vindicetur; quia, sicut caritas ex praeceptis dominicis corde, non cartolae conscriptione est vel coniurationibus exibenda, ita, quod supra sacras admittetur scripturas, auctoritate et districtione pontificali est repraemendo.[5]

XXV. (XXII.) Si quis res ecclesiae debetas vel proprias sacerdotes orrendae copiditatis instinctu occupaverit, retenuerit aut a potestate ex conpeticione perceperit,

1 id *omnes codd.*, eo *edd.* ecclesiastico munere] ecclesias communione *R*, ecclesias commonere (comunere *AB*) *α* habeant *R* 2 monastirii] *C*, monastherii *KL*, monasterii *rel.* deiocisis] *CP*, deiocesis *K*, diocesis *LH*, diocisis *RAB*, dioceses *TIN* debeat *Gonz.*

4 de cont. cler. *om. Crab. Sur.* per superbiam *T* officio suo *P* 5 quamcumque *K*, *om. R* laica] a *β* 6 retentus *β* habeatur alienus *KLN Gonz.* digna *om. β* dignas si conscriptum *TI* sui *post* digna *erasum est L* siquod *R* 7 paenetentia et] penetenti (paenitenti) *β* poenitentiae suppletione *Crab.* praesidente] *PTI*, praesidenti (praesed-) *CKL*, praesente *β Gonz.*, p-ti *N* pontifice] *αPTI Gonz.*, pontifici *CKLRN* tamen ... ministrante (m-tem *RP*)] *CβPTI*, ita tamen ut ... temporis (foris *Gonz.*) ministrentur (m-stretur *Gonz.*) *KLN Gonz.* et] iuxta *Crab.*, *om. R* 8 caritate *L* illis] eis *KLN Gonz.* redebentur] debentur *Crab. Sur.* 9 qualitatem *βTI* sunt ministranda *Crab.* officio *P* officium agens] officiom agis *C.*

11 circa] iuxta *Gonz.* distrinctionem *P*, districtum est *B* aut tractationem *om. Lα* tractatione *P*, tractionem *R*, tractatinem *N*, tretationem *T* 12 iniusta *P* iuxta *om. P* constitutiones] consuitudinis (c-dines) *KLRN Gonz.* ad] a *L.*

13 qui] *CKB Gonz.*, quis *rel.* clericorum vel monachorum *N* in mult. loc. per superbiam diab. *Crab.* a diabolo *P* 14 revelli] rebelli *LαP* auctoritatem *β* coniurationem *LP* intercedentem *R* et] ita *TI* 15 aut] ut *RTI* sacramenta] samentum *P* chartulam] *C*, chartolam *α*, cartholam *RT*, cartulam *LI* carthola (chartola, cartola, chartula) conscripta *KPN Gonz.* excusationiobus *C* 16 haec] ac *R* prevaletur *H*, praevailetur *A*, praevialetur *B*, priveletur *T*, praevaleat *I* sed res det. *om. Sur.* sinodum *vel* synodum *βPN Gonz.* 17 qualitate *βTIN* a *om. R* 18 *ad v.* vindicetur *Gonz. in marg.:* U., G.: iudicetur siquod *R* 19 cartolae] *CP*, cartulae *LI*, cartholae *KRTN*, chartulae *α* exibenda] *KLI*, exibanda *C*, exhibenda *rel.* admittitur *KLI*, amittitur *N* 20 repraemendo] *C*, repraemendum (repre-m) *KLβ*, reprimendam *TI*, omnimodis repraemendus *N*, sepraemendo *P.*

21 sacerdos *post* quis *add. et* sacerdotes *post* proprias *om. Crab.* orrendae copiditatis instinctu] horrenda cupiditate *Crab. Sur.*

1) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 94, num. 3; P. II, l. 3, c. 2, num. 3; Hinschius III, 244, n. 5.*
2) *Vide conc. Agath. c. 2.* 3) *Cf. Hinschius IV, 732, n. 2.* 4) *Cf. conc. Vas. a. 442. c. 5; conc. Arel. inter a. 442—506. hab. c. 48.* 5) *C. 11 q. 1 c. 25. — Cf. Loening II. 490.*

se, ut eas non restituat, nullis rebus excusit; sed si agnito iure ecclesiastico non statim ecclesiae vel sacerdoti reformaverit aut, ut ipsum ius agnoscire possit, in iudicio electorum venire distulerit, tamdiu a cummunione ecclesiastica suspendatur, quamdio ristitutis rebus tam ecclisiam quam sacerdotem reddat indemnem.[1] Similis etiam his, qui oblationis defunctorum legaliter dimissas quolibit ordine adsignare tardaverint vel retenere praesumpserint, districtionis ecclesiasticae iuxta prioris canonis[2] furma servetur. Cui etiam sententiae subiacebit, quisquis ille quolibet ordine, quod pro devotione sua ecclesiis dedit, revocare praesumpserit[3].

XXVI. (XXIII.) Abbatibus, presbyteris citirisque ministris de rebus ecclesiasticis vel sacro ministerio alienare vel oblegare absque permisso et subscriptione episcopi sui nil liceat. Quod qui praesumserit, regradetur cummunione concessa et, quod taemere praesumtum aut alienatum est, ordenatione episcopi revocetur[4].

XXVII. (XXIV.) De paenetentum conversione. Ut ne quis benedictionem paenetentiae iuvenibus persunis credere praesumat[5]; certe coniugatis[6] nisi ex consensu parcium et aetate iam plena eam dare non audeat.

XXVIII. (XXV.) Si quis paenetentiae benedictione suscepta ad saeculare habitum miliciamque reverti praesumserit[7], viatico concesso usque ad exitum excummunicatione plectatur.

XXIX. (XXVI.) Ut nullus servilibus colonariisque conditionibus obligatus iuxta statuta sedis apostolicae[8] ad honores ecclesiastecus admittatur, nisi prius aut testa-

1 se ut] *CPTI*, sicut *KL*^{a}*N*, si aut *R*, si *α Gonz.*, ut *L*^{b} *Sur. Sirm.* restituit *K*, restituerit *Crab. Gonz.* excuset *L*^{a}*TI*, se excusetur *L*^{b}, excusetur *edd.* si] sic *K*, et si *Crab.* agnitum *TI* ecclesiae *KLN Gonz.* 2 statu ecclesia *L*^{a} ut *om. β* iuditium *β* 3 lectorum *L* a *om. R* communionem ecclesiasticam *L* 4 ecclesiae *KLPN Gonz.* sacerdotes *KN*, sacerdotis *L*, sacerdote *P* sacerdotibus reddatur indemnis *Gonz.* *add. in marg. ad hunc versum al. m.:* si autem in pertinacia manserit, anathematizatus ab omni christianorum eccle separatur *L* de his *β* 5 tardaverit *β* 6 detenere *β* praesumpserit *β* districtionis — servetur] disservetur *R* distrinctionis *P* prioris canonis] *Cα*, priores canones *PTI Gonz.*, priorum canonum *KLN* 7 cui] simili *KLN Gonz.* si quisquis *Gonz.* quisque *KN*^{a} quod] cum *P*, ut *R*, *om. I.*

9 abbatis *N* ministeriis *K* 10 depotatis *add. ante* alienare *L* 11 sui *om. R* nihil *N Gonz.* quod] quod si *C*, q; *HA*, quae *B*, ut *R* qui *om. B* degradetur *Crab. Sur. et Gonz. cum adn.:* Ae.: regradetur cessa *β* taemere *om. HA* 12 praesumpto *P* aut] vel *β*, et *KLN Gonz.* aligenatum *C* alienatum vel temere ordinatum (temere *ante* praesumtum *om.*) *Crab.* ad ordinatione (ord-nem *R*) *β* reformetur *I.*

13 de paen. conv. *om. Sirm.* conversionis *P*, conversatione *K* benedictione *PI* 14 *ad v.* iuvenibus *Gonz. in marg.:* Ae. add.: personis certe *om. C* coniugatas *R* nisi *om. R* consensum *L* 15 parcium] *CLN*, parsium *K*, partium *PTI* parc. et aet.] parietate *β* et *om. TI* aetatem *KTI* plenam *TI* audeant *L.*

Canon XXVIII. coniungitur voce aut *interposita cum canone praecedenti β.* 16 susceptam *β* saeculare] *C*, saecularem *rel.* abitum *K*, habitu *P*, *Gonz. in marg.:* Ae.: ambitum 17 miliciaque *β* viaticum concessum *KLN.*

19 colonaresque *P*, colonariis *RH* 20 honoris ecclesiasticis *K* testamento] per testamentum *KLN Gonz.*

1) *Cf. supra c. 13.* 2) *Cf. conc. Vas. a. 442. c. 4.* 3) *Cf. conc. Agath. c. 4.* 4) *C. 12 q. 2 c. 41. — Cf. conc. Epaon. c. 8.* 5) *Cf. Loening II, 569, n. 1 et cc. ibi laud.* 6) *Cf. conc. Arel. inter a. 442—506. hab. c. 22.* 7) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 11; iunge Hinschius IV, 822, n. 4.* 8) *Cf. c. 1 ep. Leonis M. ad episc. per Campaniam, Picenum etc. 'Ut nobis gratulationem' (Jaffé-W., Reg. 402) = D. 54 c. 21; ep. Gelasii ad Martyrium etc. 'Et antiquis' (Jaffé-W., Reg. 651) = D. 54 c. 9, et eiusdem ep. ad Herculantium etc. 'Frequens equidem' (Jaffé-W., Reg. 653) = D. 54 c. 10.*

mento aut per tabolas eum legeteme constetirit absolutum. Quod si quis episcoporum eius, qui ordenatur, conditionem sciens transgredi per ordenationem inhebitam fortasse voluerit, anni spacio missas facere non praesumat[1].

XXX. (XXVII.) Ut clericus a diaconatum insupra pecuniam non commodit ad usuras nec de praestitis beneficiis[2] quidquam amplius, quam datur, sperit neve in exercendis neguciis, ut publici, qui ad populi responsum negutiaturis observant, turpis lucri cupiditate versetur aut sub alieno nomine interdicta negutia audeat exerciri[3]. Quod si quis adversum statuta venire praesumserit, cummunione concessa ab ordine regradetur[4].

XXXI. (XXVIII.) Quia persuasum est populis die Domineco agi cum caballis aut bubus et veiculis itinera non debere neque ullam rem ad victum praeparari vel ad netorem domus vel hominis pertenentem ullatenus exerciri, quae res ad Iudaicam magis quam ad Christeanam observantiam pertenere probatur, id statuimus, ut die Dominico, quod ante fieri licuit, liceat. De opere tamen rurali, id est arata vel vinea vel sectione, messione, excussione, exarto[5] vel saepe, censuimus abstenendum, quo facilius ad ecclesiam venientes orationis gratiae vacent. Quod si inventus fuerit quis in operibus supra scriptis, quae interdicta sunt, exercere, qualiter emundari debeat, non in laici districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat[6].

XXXII. (XXIX.) De missis nullus laicorum ante discedat, quam dominica dicatur oratio, et, si episcopus praesens fuerit, eius benedictio exspectetur[7]. Sacrificia vero matutina missarum sive vespertina ne quis cum armis pertenentibus ad bellorum usum

1 eum *om. Crab. Sur. Sirm.* quod] quae α, ut *RTI* 2 ordinantur β condicione *vel* condit- βP ordinacione inhibeta *P* indebitam *Crab. Sur.* 3 spatium *vel* spac- $K\beta P$.

4 ut *om. C, ad h. v. Gonz. in marg.:* T. 1. 2, U., G.: Ut clericus aut diaconus supra pecuniam a] ad *AB* diaconatu *K*, diaconato *LTIN*, diacō *R* insupra] et supram *R*, et supra *edd.* pecunia *K* 5 usuram *Gonz.* quidquam] *CHA*, quisquam *N*, quicquam *rel.* neve] neque *K*, ne ut β, nec vel *Gonz.*, nec ut *Crab.* 6 ut — versetur] turpis lucri cupiditate versetur, sicut publici negotiatores, qui ad populares pensam observant *Crab. Sur., sed Sur. in marg. pro* sicut — observant *hanc lectionem praebet:* ut publice, qui ad populi responsum negociatores observant populi responsum] popularis pensam (pensa *R*) β negutiaturis] *CR*, neguciatore *P*, negotiatores *vel* neguc- *rel.* observ. turpis] observanturis *C*, subservanturpis *P* 7 perversetur *N* alieno nomine] ali non homine *L* exerciri] *C*, exercire *vel* exercere *rel.* 8 adversus β 9 degradetur *Crab.*

Canon XXXI. *desideratur R.* 10 agi] aci α, *om. Crab.* 11 aut] et α *Gonz.* *ad v.* bobus *Gonz. in marg.:* Ae.: mulis itinere *CB* neque — praeparari *om. L* praeparari] reparare $C\alpha$ 12 netorem] *C*, notorem *AB*, nitorem *rel. codd.*, notiorem *Crab.* nullatenus αPTI *Gonz.* quia *add. ante* ad *Crab. Sur.* iudicam K^aL, iudaeicam K^b, iudeam *HA*, iudaeam *B* 13 christiana observantia *P* probantur *Gonz.* 14 opera *KPN* aratam *TI*, aratu *B Gonz.*, arato *Sirm.*, agricultura *Crab. Sur.* vinia *L*, vineas *P*, vineam *TI* 15 vel *om. KLPTIN Gonz.* sexione *K*, sectionem αTI missione *P*, messionem αTI, *om. KLN Gonz.* excutione *L*, excussionem αTI, *om. P* exartum *K*, vel exacto *om. voce sequente* vel *Crab. Sur.* sepe *HTI Gonz.* abstinenda *K* 16 ecclesia *K* gratiam αI, gracia *PTN* inventum α 17 se exercere *edd.* emundari] *C*, emendari *vel* e-re *rel.* 18 lahici *K*, laice *P* districtionem *HA*, distrinctione (d-nem) *PB* castigationem α.

19 missas β lahicorum *K*, clerecorum R^a 21 vespertinarum βTI ne quis] ne q; *K*, quis *R*, nullus *Gonz.*

1) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 8; iunge Hinschius I, 33, n. 2; Loening II, 280.* 2) *Cf. Waitz II, 231, n. 2.* 3) *Cf. c. 3 et 4 epist. Leonis M. supra p. 81, n. 8 laud.* 4) *Cf. Thom. P. III, l. 3, c. 18, num. 1.* 5) *Cf. Du Cange ad h. v.* 6) *Cf. Hinschius IV, 290, n. 4.* 7) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 26.*

expectit. Quod si fecerit, in sacerdotis potestate consistat, qualiter eius districtione debeat castigari[1].

XXXIII. (XXX.) Quia Deo propitio sub catholicorum regum dominatione consistimus, Iudei a die cinae Domini usque in secunda sabbati in pasca, hoc est ipso quatriduo, procedere inter Christeanus neque catholicis populis se ullo loco vel quacumque occansione miscire praesumant[2].

XXXIV. (XXXI.) Iudex civitatis vel loci si aeretecum aut Bonosiacum vel cuiuslebet alterius aerisis sacerdotem quamcumque personam de catholicis rebatizasse cognoverit et, quia regis nos constat habere catholicus, non statim rebatizantis adstrinxerit et ad regis fedem adque iustitiam propterea distringendus adduxerit, annuali excommunicatione[3] subdatur[4].

XXXV. (XXXII.) Clericus cuiuslebit gradus sine pontificis sui permisso nullum ad saecolare iudicium praesumat adtraere neve laico inconsulto sacerdote clericum in saecolare iudicio leceat exebere[5].

XXXVI. (XXXIII.) Quocirca hec, quae inspirante Deo cummuni consinsu placuerunt, si quis antestitum viventium vel eorum, quos ipsis Deus esse voluerit successuris, relicta observationis integritate custudire et inplere neglexerit, reum se divinitatis pariter et fraternitatis iudicio futurum esse cognuscat[6], quia canonis suos nec ignorare quemquam nec dissimulare, id est praeterire, permittetur[7].

1 expectent *C*, expetet *L*, expetat *Crab.*, spectet *Sur. Sirm.* si] si qui *L*, qui *Crab. Sur. Gonz.* potestatem *L* distrinctione *P* 2 castigare *α*, casticare *RP*.

3 XXX *om. K* catholico *P* dominatione] ordinatione *I* consistimus] deteremus *P*, vivimus *β* 4 die *om. CTI* cinae] *C*, coene *K*, cenae *LPT*, caene *N*, a cena *R*, cena (caena) *αI* secundam *edd.* sabbeati *C* pascha *codd. praeter C* ipsud *β*, in ipso *N* 5 quadriduo *KL Gonz.*, quatriduum *β* se] sed *α* 6 occasione *KBTIN*, occansionem *R*, occasio *L* praesumat *β*, non praesumat *P*.

7 XXXI *om. K* loci si] locis *αP* aeretecum] *C*, heriticum *vel* here- *KLPTIN*, heretico *β* bonosiacum] *KTIN*, bonusiacum *LP*, bonisiacum *C*, bonosiaco *RHA*, bonosociato *B* vel — sacerdotem *om. P* vel cuiuslebet] quam cautius libet *R* 8 ulterius *R* aerisis — personam de *om. R* aerisis] *C*, heresim *I*, heresis *vel* herisis *rel.* sacerdotem] *TI*, sacerdotum *α*, sacerdotis *C*, *om. KLN Gonz.* si quacumque *α* persona *P* catholis *P* rebatizasse] *C*, rebaptisiasse *K*, rebaptizare *I*, rebaptizasse *rel.* 9 et *addidimus* reges ... catholicos *LαTIN* rebatizantis] *C*, rebaptizantis *β*, rebabtizantes *P*, se baptiszantes *K*, rebaptizantes *rel.* adstrincxerit *KRAN* 10 distringendos *LRHTIN* excommunicationi *KRHA*.

12 XXXII *om. K* gradu *KαN*, grado *R* positus *add. ante* sine *β* permissum *KRAB* 13 saecularem *βTI* iudicio *P* adtraere] *C*, adtrahire *vel* adtrahere *rel.* neque *Kβ*, nevel *LPI*, nec *Gonz.* laicum *β* inconsultum *R* sacerdotem *R* clerico *αP* 14 saecularem *R* iudicio] *CPTI*, iudicium *rel.* exebere] *C*, exire *R*, exibere *I*, exhibere *rel.*

15 XXXIII *om. K* deo] dum *L*, Domino *Gonz.* communae consensi *P* consensui *KLTI Gonz.*, placuerit *P*, placuisset *R* 16 ipsis deus] sps dei *α* deus *om. R* 18 pariter et fraternitatis *om. R* iudicium *Lβ* quia et *β*.

1) *Cf. Hinschius IV, 836, n. 1.* 2) *Cf. Loening II, 55, n. 3.* 3) *Cf. Hinschius IV, 802, n. 1.* 4) *Cf. Loening II, 45, n. 1; Hinschius IV, 845, n. 1. 5.* 5) *Hic primum laici vetantur sine episcopi consilio clerici praesentiam praestare in saeculari iudicio. Cf. conc. Epaon. c. 11; iunge Hinschius IV, 850, n. 1.* 6) *Cf. conc. Aurel. a. 533. c. 21.* 7) *Cf. c. 16. ep. Siricii papae ad Himer. Tarrac. episc.: 'Directa' (Jaffé-W., Reg. n. 255); ep. Caelestini I. ad episc. per Apuliam et Calabriam: 'Nulli sacerdotum suos liceat canones ignorare' (Jaffé-W., Reg. n. 371); cf. etiam epist. conc. Carpentoratensis, ubi dicitur 'sacerdotibus canonis ignorare non liceat'.*

Series subscriptionum ex codice K cum lectionibus variis codicum C et LN.

Lupus in Christi nomine episcopus consensi et subscripsi quarto post consulatum Paulini iuniores, indictione secunda.
Pantagatus episcopus subscripsi.
Leo episcopus subscripsi.
Arcadius episcopus subscripsi.
Flauius episcopus subscripsi.
Placidus episcopus subscripsi.
Aeterius episcopus subscripsi.
Agripinus episcopus subscripsi.
Leucadius episcopus subscripsi.
Amilius episcopus subscripsi.
Ursolus episcopus subscripsi.
Eleutherius episcopus subscripsi.
Lauto episcopus subscripsi.
Passiuus episcopus subscripsi.
Theudobaudis episcopus subscripsi.
Licinius episcopus subscripsi.
Albinus episcopus subscripsi.
Rusticius episcopus subscripsi.
[Antoninus episcopus subscripsi.]
Campanus presbyter directus a domno meo Iniurioso episcopo subscripsi.
Uenantius presbyter directus a domno meo Gregorio episcopo subscripsi.
Aduolus presbyter directus a domno meo Agricula episcopo subscripsi.
Optardimus presbyter directus a domno meo Gallo episcopo subscripsi.
Marcellianus presbyter directus a domno meo Eumerio episcopo subscripsi.
Uincentius presbyter directus a domno meo Sustratio episcopo subscripsi.
Baudastes presbyter directus a domno meo Perpetuo episcopo subscripsi.

Subscriptiones eodem modo, ut in textu, altera post alteram scriptae sunt CL. In codice K post primam subscriptionem, quae primum versum complet, duae columnae sequuntur, quarum altera subscriptiones inde a Pantagato usque ad Lautonem, altera subscriptiones inde a Passivo usque ad Advolum amplectitur; ultimae quattuor subscriptiones per singulos versus scriptae sunt. In codice N subscriptiones Lupi et Pantagati primos duos versus complent, reliquae episcoporum subscriptiones binae per versus collocatae sunt; presbyterorum subscriptiones sine versuum distinctione altera alteram excipit. 2 *Lupi subscriptio ita abbreviata est:* lupus in christo episcopus subscripsi *C, quam formulam in omnibus episcoporum subscriptionibus adhibet, nisi quod inde a subscriptione Flavii* deo *pro* christo *ponit* consensi] conscripsi *N* subscripsi *abbreviatur hic et semper* sb̄s *KL,* subb̄s *C,* s̄s̄s̄ *N* post consulatum] p̄ c̄ *KLN* 3 paulini *om. N* *ad hanc subscriptionem nomen civitatis, sc.* lugdonenb̄, *in marg. al. m. adscriptum est L, et in sequentibus tribus versibus add. ante* episcopus, *in primo* uiennensis, *in secundo* senonicus, *in tertio* uisontinensis 6 archadius *L* 9 aetherius *CL* 10 agrippinus *C* 12 amelius *CN* 13 ursulus *C* 14 eleuterius *LN* 16 passiuos *N* 17 teudobaudis *C,* teudobaudes *L,* theodobaudes *N* 20 rustitius *LN* 21 *Antonini subscriptionem addidimus ex cod. C, desideratur KLN* 22 *ante presbyterorum subscriptiones leguntur haec verba:* Item prbm̄ subb̄ *C; desiderantur in eodem codice in subscriptionibus presbyterorum verba* directus — episcopo subscripsi *ponitur post* presbyter *N* 23 uenantius] euancius *C* grigorio *L* *post Venantii subscriptionem sequitur haec:* gregorius presbyter subscripsi *C* 24 *Optardimi subscriptio praecedit subscriptionem Advoli C* auolus *LN,* auulus *C* agroecula *L,* agricola *N* 25 optardemus *LN,* optardinus *C* 26 marcilianus *C,* marcellianu *L,* marcellinus *N* emerio *L* 27 *Baudastis subscriptio praecedit subscriptionem Vincentii CLN* sustrisio *N* 28 baudastis *C* *add. in fine:* explicit feliciter amen *L.*

Series subscriptionum ex codice T cum lectionibus variis codicum IP et RHAB.

Lupus in Christi nomine ecclesiae Lugdunensis episcopus iuxta id, quod omnibus sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, placuit, patrum statuta sequutus his constitutionibus subscripsi. Notavi die non. mensis III., quarto post consulatum Paulini iunioris, anno regni domni nostri Childeberthi XXVI.

Pantagatus in Christi nomine ecclesiae Uiennensis episcopus iuxta id, quod omnibus sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, placuit, patrum statuta sequutus his constitutionibus subscripsi. Notavi die non. mensis tercii, quarto post consulatum Paulini iunioris, anno regni domni nostri Childeberthi XXVI.

Leo in Christi nomine episcopus ecclesiae Senonicae cum conprovincialibus meis his constitutionibus consensi.

Archadius in Dei nomine ecclesiae Betoricae episcopus consensi.

Flauius in Christi nomine ecclesiae Rotomagensis episcopus consensi.

Placidus in Christi nomine ecclesiae Matascensis episcopus consensi.

Aetherius in Christi nomine ecclesiae Carnotenae episcopus consensi.

Agrepinus in Christi nomine ecclesiae Aeduorum episcopus consensi.

Leugadius in Christi nomine ecclesiae Baiocassine episcopus consensi.

Amelius in Christi nomine ecclesiae Parisiorum episcopus consensi.

Ursolus in Christi nomine ecclesiae Gratianopolitanae episcopus consensi.

Eleutherius in Christi nomine ecclesiae Altisioderensis episcopus consensi.

Lauto in Christi nomine ecclesiae Constantiae episcopus consensi.

Passiuus in Christi nomine ecclesiae Bexotene episcopus consensi.

[Teodobaudus in Christi nomine ecclesiae Lixoui episcopus consensi.]

Licinius in Christi nomine ecclesiae Ebroicensis episcopus consensi.

Praecedit subscriptiones formula: Nomina episcoporum qui in eadem synodo fuerunt *P* 2 ecclesiae *om.* *β* episcopus lugdū *β* lugdonensis *P* *add.* metp̄ *ante* episcopus *P* 4 constitutionibus] conscriptionibus *HA* subscripsi] *T*, sūbi *PR*, sūb *α* subscripsi—die] sub sinodo *I* notavi] nōt *Tβ*, n̄t *P* nonas *I*, nona *β* minse *R*, missa *α* tercii *P*, tertio *R*, tertia *α* quarto] *P*, quarta *TI*, IIII *β* post consulatum] *P*, p̄a c̄ *TI*, cons̄ *β* 5 paulini] *P*, pauli *TI*, paulino *β* iuniore *β* regni] regnante *HB*, rign̄ *R*, reg̃ *A* domni] *HBI*, dom̄i *TR*, dōni *P*, domini *A* nostri *om. PB* childeberthi] *T*, childeberti *rel.* *add.* reg̃ *post* childeb. *R* XX *P*, XXVII *β*, *qui numeri iam post* anno *scripti sunt* 6 *add.* metr̃ *ante* ecclesiae *P* episc. eccl. uienn. *β* uienninsis *PR*, uienn̄sis *α* 7 *post* placuit *ponitur* subscripsi, *reliqua formulae verba om.* *β* 8 subscripsi] *I*, subs̄ *T*, sūbi *PR*, sūb *α* notavi] nōt *T*, nō *P*, nota *I* die non.] id̄ nonas *P* post consulatum] *P*, p̄ c̄ *TI* 9 domni] *PI*, dom̄i *T* nostri *om. P* childeberti *PI* XXVI *iam post* anno *ponitur P* 10 *inde a subscriptione Leonis semper haec formula legitur:* N. episcopus ecclesiae N. subscripsi (sūbi *R*, sūb *α*) *β* *add.* metp̄ *post* senonice *P* 11 consensi *modo perscribitur, modo abbreviatur* consen̄ *vel* consss̄ *vel* con̄ *TIP* 12 arcadius *Pβ* *inde a nomine Arcadii desideratur semper littera initialis in nominibus episcoporum R* beturici mēt *P*, bituricae *I*, bitorice *AB* *formula post invocationem semper sic pergit:* episcopus ecclesiae N. his constitutionibus consensi *P* 13 rotomaginsis met̄ *P*, rotomāgns̄ *R*, retomagensis *B*, retomagn̄s *HA* 14 placedus *α* matascinsis *β*, mataesensis *P* consensi] c̄sp *I* 15 etherius *β* carnatinsis *β* 16 *Agripini subscriptio desideratur P* agripinus *IR* *in subscriptionibus Agripini et Leucadii nomina civitatum Baiocassinae et Aeduorum permutata sunt* *β* eduae *β* 17 leocadius *Pα*, leogadius *I*, leuchadius *R* baiocasine *P*, boiocassine *HA* 18 amellius *P*, emelius *α* pariseorum *P*, parisinsis *β* 19 ursulus *P* gracinopolitane *P*, gratinōpl *R*, gracinōpl *α* consensi] conscrip̄ *et in v. 20* conscrips̄ *I* 20 *Eleutherii, Lautonis, Passivi subscriptiones desiderantur* *β* eleuterius *I* altisiodorensis *I*, autysioderensis *P* 21 constantini *P* 22 passiuus] *P*, passius *rel.* bexotene] saius *P* 23 *Teodobaudi subscriptio desideratur TI* theodobaudis *β* lixoui] *P*, lixiosis *β* 24 licinius] *Pβ*, licinianus *TI* ebroecinsis *RH*, ebroetinsis *AB*, ebreicinae *P*

Albinus in Christi nomine ecclesiae Andecauae episcopus consensi.
Rusticus in Christi nomine ecclesiae Neuernensis episcopus consensi.
Antoninus in Christi nomine ecclesiae Aurelianensis episcopus consensi.
Cyprianus presbyter directus a domino meo Iniurioso ecclesiae Toronice episcopo consensi.
Euantius presbyter directus a domino meo Gregorio eclesiae Lingonicae episcopo consensi.
Auolus presbyter directus a domino meo Agroecola Cabillonensis eclesiae episcopo consensi.
Optardinus presbyter directus a domino meo Gallo episcopo eclesiae Aruernae consensi.
Martilianus presbyter directus a domino meo Eumerio episcopo eclesiae Nametice consensi.
Baudastes presbyter directus a domino meo Perpetuo eclesiae Abrincatine episcopo consensi.
Uincentius presbyter directus a domino meo Sustratio ecclesiae Cadurcinae episcopo consensi.

Explicit canon Aurilianensis secundi.

1 *subscriptio Rusticii praecedit subscriptionem Albini P* andegaue *I*, andegaui *P*, andecauis *R*, andecauīs *HA*, andecauinsis *B* 2 rusticius *P* nebernensis *P*, neuersis *I*, neuernſ *RHA* 3 *Antonini subscriptio et subscriptiones presbyterorum desiderantur β* antonianus *P* aurilianensis *P* 4 *prima et secunda e subscriptionibus presbyterorum leguntur sic:* campanus presbyter directus a domno meo gregorio episcopo eclesiae lingonicae subscripsi (sūbi *hic et semper*) euancius presbyter directus a domno meo iniurioso episcopo eclesiae toronice subscripsi *P, quo in libro etiam in sequentibus subscriptionibus eadem formula adhibita est* domino] *I hic et in vv. 5. 11,* dn̄o *in vv. 6. 7. 9,* dom̄ *in v. 8,* dom̄ *semper T,* dn̄o *semper P* 6 cabilonensis *I*, cauilonense *P* 7 obtardenus *P*, obtadinus *I* 8 marcellianus *P* nanneticae *P* 9 baudastis *P* propetuo *I* abricatine *I*, abricatinse *P* 11 uincencius *P* sustracio *P* 13 explicit (exp̄l *TR*) canon (can̄ *T*, canns̄ *R*) aur. secundi] *TIR, om. Pα.*

CONCILIUM AURELIANENSE*.

541. Mai. 14.

Codices, quos adhibuimus, sunt hi: Coloniensis 212 (nobis K) fol. 94, Phillippsii 1743, nunc Berolinensis, (nobis R) fol. 149, Berolinensis 435 (nobis H) fol. 143',Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 150', Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 101' (libros HAB, ubi inter se consentiunt, signo α, accedente codice R signo β significamus), Tolosanus 364 (nobis T) fol. 75', Albigensis 2 (nobis I) fol. 104, Vaticanus Palatinus 574 (nobis N) fol. 75', ex quibus in lectione orthographica constituenda codicem K plerumque secuti sumus.

Adferunt hoc concilium in collectionibus suis Crabbius II, 68', Surius II, 637, Sirmondus I, 260.

*) *Haec synodus in libris editis* Concilium Aurelianense IV. *insignitur.*

Inscriptiones concilii inveniuntur hae in codicibus: In Christi nomine incipiunt canones Aurilianenses *K*. Item synodus (sinodus *HA*) Aurilianinsis (Aurilianensis *HA*, Aurelianensis *B*) tempore Childeberti regis *β*. Item incipiunt canones Aurelianensis facti in die quarta Basilio v. c. console *N*. *Desideratur inscriptio TI.*

In prima, quam infra praebebimus, subscriptionum serie codices KTIN sequimur, ita quidem, ut lacunas, quae in subscriptionibus presbyterorum in codicibus K et N reperiuntur, ex codicibus T et I, qui soli integram seriem servaverunt, expleamus. Altera, quam in codicibus β legimus, series et abbreviata est et nomina aliter disposita habet.

Libri KTI soli diem concilii indicant; K diem decimum quartum, T et I diem decimum tertium mensis Maii laudant.

Cum in Aurilianensi urbe unianimiter in Christo sancta adfuissit congregatio sacerdotum et de his, quae ad sacrum propositum pertinent vel quae secundum ecclesiasticam moderationem regulariter conveniunt disciplinae, Deo medio tractata decernirent, placuit, ut, quae sunt difinita, secundum antiquam consuitudinem scripta monstrentur, quo firmius statuta serventur, cum consensum omnium docit unita suscriptio.

I. Placuit itaque Deo propitio, ut sanctum pascha secundum laterculum Uictori[1] ab omnibus sacerdotibus uno tempore celebretur; quae festivitas annis singulis epyfaniorum die in ecclesia populis nuntietur. De qua sollemnitate quotiens aliquid dubitatur, inquisita vel agnita per metropolitanus a sede apostolica sacra constitutio teneatur[2].

II. Id etiam decernimus observandum, ut quadraginsimam ab omnibus ecclesiis aequaliter teneatur neque quinquagensimum aut sexagensimum ante pascha quilibit sacerdus praesumat indicere[3]; sed neque per sabbata absque infirmitate quisquis absolvat quadragensimale ieiunium, nisi tantum die Dominico prandeat; quod fieri spe-

11 aurelianensi *IN* aurilianensim (aurilianinsem *A*, aurelianinsem *B*, aurilianisse *R*) urbem *β* unanimiter *TI* in christi nomine *β* 12 praepositum *β* quae *om. I* 13 moderationem] ordinationem *βN* regulari *Crab. Sur. Sirm.* deo] dum *I* tractare *R* decernirent] cepissint *R*, recepissent *α* 14 scripta] inviolata *β* 15 quo] et quo *β* consensum] *TI*, consensu *rel.* unita] monita *β*, adnotata *Crab. Sur. Sirm.*

16 placuit itaque] incipiunt capitula *N* deo propitio *om. βN* ut *om. K* paschae *R* uicturi *R* 17 *post* singulis *add.* ab episcopo *β* epyphaniorum *I*, aepiph- *H*, ephif- *A*, ephisaniorum *B* 18 ecclesiis *β* denuncietur *β* 19 inquaesita *β* metropolitanos *codd. praeter KR.*

20 id] hoc *β* ut *om. R* quadragensimam *β*, quadragesimam *I*, quadragensima *N*, quadragesimale *Crab.* 21 quinquaginsimum *RT*, quinquagesimum *αI* aut sexag. *om. R* sexaginsimum *T*, sexagesimum *I*, sexagesimam *HB*, sexagisimam *A* pasca *I* quilibit] quicumque *TIN* 22 praesumat *om. R* sabbatum *N* quisquis] quisq; *N*, quisquam *Crab. Sur. Sirm.* solvat *Crab. Sur. Sirm.* 23 quadragensimale] *TN*, quadragensima *K*, quadragesimale *I*, quadraginsima∗et *R*, quadragisima *A*, quadragesima *B*, quadragesimam *H*, quadragesimae *Sur. Sirm.* quod] quod si *K*, quod sic *Sur. Sirm.*

1) *Victurius Aquitanus. Cf. Hist. litér. de la France II, 426; Krusch, Einführung d. griech. Paschalritus im Abendlande, N. A. IX, 125.* 2) *Cf. conc. Arel. a. 314. c. 1; iunge Hefele I, 205; vide etiam ep. Leonis M. ad episcopos Galliarum et Hispaniarum 'Cum in omnibus' (Jaffé-W., Reg. 512).* 3) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 24.*

cialiter patrum statuta sanxerunt[1]. Si quis hanc regulam inruperit, tamquam transgressor discipline a sacerdotibus censeatur[2].

III. Quisquis de prioribus civibus pascha extra civitatem tenere voluerit, sciat sibi a cunta synodum esse prohibitum; sed principales festivitates sub praesentia episcopi teneat, ubi sanctum decit esse conventum[3]. Tamen si aliqui certa necissitate constringitur, ut hoc implere non possit, ab episcopo postulit comeatum. Quod si hoc sperare[4] dispexerit, in eodem loco, id est in festivitate praesenti, ubi tenere voluerit, suspendatur[5].

IV. Ut nullus in oblatione sacri calicis, nisi quod ex fructu viniae speratur[6], aqua mixtum offerre praesumat, quia sacriligum iudicatur aliut offerri, quam quod in mandatis sacratissimis Salvatur instituit[7].

V. Id etiam regulare esse praespeximus decernendum, ut episcopus in civitate, in qua per decretum elegitur ordinandus[8], in sua ecclesia, cui praefuturus est, consecretur. Sane si subito necissitas temporis hoc implere non patitur, licit melius esset in sua ecclesia fieri, tamen aut sub praesentia metropolitani aut certe cum eius auctoritate intra provinciam[9] omnino a conprovincialibus ordinetur[10].

VI. Ut parrociani clerici[11] a pontificibus suis necissaria sibi statuta canonum legenda percipiant, ne se ipsi vel populi, quae pro salute eorum decreta sunt, excusint postmodum ignorasse[12].

1 sancxerunt *βN* *add.* quod *ante* si *TIN*.

3 extra] ex *RTI* civitatem] *KH*, civitate *rel.* 4 cunta] *K*, cuncta *rel.* synodum] *K*, synodo (sinodo *ABI*) *rel.* principalem *β* festivitates *om. R* 5 teneant *βT* ibi *RI* esse] teste *HA*, tenere *Sur.* aliquis *TIN* 6 constringetur *ABN*, astringatur *Crab.*, constringatur *Sur. Sirm.* conmeatum *T*, commeatum *β* si *om. R* 7 sperare dispexerit] *omnes codd.*, postulare despexerit *Crab. Sur. Sirm.* eundem *β* locum *βI* id est] idē *R* praesentibus *β* ubi *om. R* in eodem — suspendatur] et eundem locum idem in festivitate praesentibus tenere voluerit suspendatur *Crab. Sur.*, *praeterea in marg. lectio:* et in eodem loco festivitatem praesentem tenere *add. Sur.*, *in Conc. Gall. Coll. Maur. I, 1011 haec lectio proponitur:* et in eodem loco, ubi praesens est, festivitatem tenere voluerit.

9 oblationis *A*, oblationibus *Crab.* ex] de *IN* ex fructu] fructum *K* viniae] *KR*, vinae *B*, vineae *rel.* separtitur *B* *add.* et hoc sine *ante* aqua (aquam *AB*) *α* aquam *RTI* 10 sacrilegum *β*, sacrilegium *TI* 11 salvatur] *KRA*, salvator *rel.*

12 regulariter *Sur. Sirm.* praespeximus] *KT*, pruspeximus *R*, perspeximus *rel.* in *ante* civitate *om. K* civitatem *TI* 13 in *ante* qua *om. TIN* per *om. β* decreto *βTI* praefuturus] *TI*, profuturus *rel.* consecretur] constituatur *β* 14 necissitas temporis *om. N* licit] decit *R* esset] *RTIN*, esse *Kα* 15 aut] ut *Sur.* praesentiam *β*, praesenti *TI* cum] ut *Sur.* 16 et intra *R* provincia (provintia) *α* a conprovincialibus] cum provincialibus *R*.

17 ut *om. β* parrochiani *HBI* sibi *om. I* 18 se] re *N*, *om β*.

1) *Cf. conc. Agath. c. 12.* 2) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 28 i. f.; conc. Aurel. a. 538. c. 32 i. f.; Duchesne, Origines du culte chrétien p. 235.* 3) *Cf. conc. Arvern. a. 535. c. 15; Loening II, 459, n. 3.* 4) *Cf. Du Cange ad h. v. sub n. 4.* 5) *Cf. Hinschius IV, 803, n. 2; Hauck, Kirchengesch. 210, n. 6.* 6) *Cf. Du Cange l. c.* 7) *Cf. conc. Carthag. ap. Dionys. c. 37 (Brev. Hippon. c. 23., conc. Carthag. III. collectionis Hisp. c. 24).* 8) *Cf. conc. Arvern. a. 535. c. 2; iunge Loening II, 174, n. 2.* 9) *Cf. Hinschius II, 519, n. 3.* 10) *Cf. conc. Arvern. a. 535. c. 2; conc. Aurel. a. 538. c. 3; Hinschius I, 101, n. 6; Thom. P. II, l. 2, c. 18, num. 1.* 11) *Cf. Loening II, 331, n. 4.* 12) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 36. i. f.*

VII. Ut in oratoriis domini praediorum minime contra votum episcopi, ad quem territorii ipsius priviligium nuscitur pertinere, peregrinus clericos intromittant, nisi forsitan quos probatus ibidem districtio pontificis observare praeciperit.[1]

VIII. De his, qui post baptismi sacramentum ad heresis lapsum carne suadente discendunt et agnoscentes reatum ad unitatem fidei catholicae venire disiderant, in episcoporum potestatem consistat, cum eos viderint dignam paenitentiam agire, quando vel qualiter communione pristine reformentur[2].

IX. Ut episcopus, qui de facultate propria ecclesiae nihil relinquid, si quid de ecclesiae facultate, id est si aliter, quam canones elocuntur, obligaverit, vindedirit aut distraxerit, ab ecclesiam revocetur[3]. Sane si de servis ecclesiae libertos fecerit nomiro conpitenti, in ingenuitate permaneant, ita ut ab officio ecclesiae non recedant[4].

X. Si quis episcoporum sciens aut bigamum aut internuptae maritum ad officium levitice dignitatis sive presbyterii contra ius canonum promovere praesumpserit[5], noverit se unius anni spatium ab omni officio sacerdotes esse suspensum[6]. Cui si forte sententiae subiacere contemserit, a communione eius usque in magnam synodum[7] se fraternitas universa suspendat. Illi vero, qui inlicite promoti sunt, regradentur.

XI. Si quid abbatibus aut sacris monastheriis aut parrociis pro Dei fuerit contemplatione conlatum, in sua proprietate hoc abbates vel presbyteri minime revocabunt nec alienare rem cunctis fratribus debitam quacumque occasione praesumant. Quibus si fuerit inpositum, ut constituta convellant, non aliter valeat, nisi fuerit sui episcopi suscriptione firmatum[8].

1 oraturiis *RHAT* domi *N* praediorum minime] clericorum nemo *Crab.* 2 peregrinos *BTIN* clericus *RHA* intromittat *N* 3 forsitam *HA* quos] quod *β* probatos *TIN* discretio *IN*, distrinctio *B* praecepit *β*.

Canon VIII. *desideratur R.* 4 lapsum] *TIN*, lapsu *α*, lapso *K* carne] *α*, carnis *KN* suadentem *α* carne suadente] sub aliqua praevaricatione *TI* 5 venire *om. α* 6 episcoporum] prbm *B* potestatem] *K*, potestate *rel.* paenitentiae *α* 7 communione] *KB*, communionem *HA*, communioni *TIN* pristini *TI* reformetur *K*.

8 IX] VIII *R* *ordo verborum:* ut—revocetur *sic corrigendus esse videtur:* ut, si episcopus, qui ... relinquid, quid de ecclesiae *etc.* episcopus] eos *N* eclesiae *sup. lin. scriptum est N* relinquit *RHA*, reliquit *TI*, relinquunt *N* si quid *om. β, item ap. Crab. Sur. Sirm.* 9 id est si] si quid *Sur. Sirm.* 10 ab ecclesiam] *K*, ab ecclesia *rel. codd.*, ad ecclesiam *Crab. Sur. Sirm.* revocentur *I* servos *TI* libertus *RHA*, libertis *B* nomiro] *K*, numero *rel.* 11 competendi *R* permaneat *K*.

12 X] VIIII *R* sciens aut *om. TI* begamum *N*, degamum *R* ternuptae *TI* maritus *β* 13 promoveri *β* noverit] sciat *β* 14 spatium] *K*, spatio *rel.* omni *om. I* sacerdotes] *K*, sacerdotis *RTIN*, sacerdotii *α* cui] qui *β* 15 coniacere *R* magnam] *TIN*, magnum *K*, alium *β* 16 ille *RHAN* sunt] fuerint *TIN* degradentur *Crab.*

17 XI] X *R* quis *KIN* monastyriis *RT*, monasteriis *αI* parrochiis *IN*, parochiis *HB* dei] diu *N* 18 prolatum *β*, oblatum *Crab.* 19 rem] a *β*, quod *Sur. Sirm.* debitam] debet *β*, debetur *Sur. Sirm.* occansione *βT* praesumant *om. β* 20 inpositum] necessarium *β* statuta *Crab. Sur. Sirm.*

1) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 94, num. 3; P. II, l. 1, c. 30, num. 8; Hinschius II, 622, n. 2.* 2) *Cf. conc. Epaon. c. 29; Hinschius IV, 823, n. 1.* 3) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 13.* 4) *Cf. Loening II, 229, n. 2.* 5) *Cf. conc. Arel. a. 524. c. 3.* 6) *Cf. Hinschius IV, 731, n. 7.* 7) *Cf. Hinschius IV, 743, n. 2.* 8) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 26; Thom. P. II, l. 3, c. 2, num. 2.*

XII. Si inter episcopos de rebus terrenis aut possessionibus sub repetitionis aut retentationis titulo nascatur intentio, intra anni spatio pro studio caritatis, quae cunctis debit rebus temporalibus anteferri, per epistulas fratrum adfectuosae commoniti aut inter se aut in praesentia electorum iudicum[1] negotium sanare festinent. Quod si distulerint, donec ipsa causatio abrogetur, a caritate fratrum, qui distulerit, habeatur extraneus, quia iniustum est, ut, qui cunctis praesunt, inter se quacumque causatione dissentiant[2].

XIII. Si quis iudicum clericus de quolibit corpore venientes[3] adque altario mancipatus vel, quorum nomina in matricula ecclesiastica[4] tenentur scripta, publicis actionibus adplicare praesumpserit[5], si a sacerdote commonitus emendare noluerit, cognoscat se pacem ecclesiae non habere[6]. Similiter a tutillae administratione pontifices, presbyteros adque diaconos adeo excusatos esse decrevimus, quia, quod lex saeculi etiam paganis sacerdotibus et ministris ante praestiterat[7], iustum est, ut erga Christianus specialiter conservetur[8].

XIV. Quaecumque ecclesiis aut pontificibus sub conpetenti ac iusto docomento fuerint derelicta, ab heredibus legitimis dignum est, ut pro Dei contemplatione serventur[9].

XV. Si quis post acceptum baptismi sacramentum ad immolata daemonibus, tanquam ad vomitum, sumenda revertitur, si commonitus a sacerdote se corregere ex hac praevaricatione noluerit, a communione catholica pro emendatione sacrilegii suspendatur[10].

XVI. Si quis Christianus, ut est gentilium consuetudo, ad caput cuiuscumque ferae vel pecudis, invocatis insuper nominibus paganorum, fortasse iuraverit, si se ab hac superstitione commonitus nuluerit prohibere, donec reatum emendet, a consortio fidelium vel ecclesiae communione pellatur[11].

1 XII] XI *R* episcopos] *T*, epis *KβI*, eps *N* de *add. ante* possess. *N* repetitionis] *unus N*, repetitione *α*, reptionis *K*, reptiones *TI*, reptione *R* 2 retentationes *TI* intentio] *codd.*, contentio *edd.* intra] impleto *β* spacium (spat-) *RN* quae] quam *N* 3 debit *om. R* anteferri] *RBN*, anteferre *TI*, antefieri *KHA* admoniti *β* aut inter se *om. R* 4 electorum] reliquorum *K* iudicium (iudit-) *IB* 5 abrogatur *R* 6 causatione] occasione *Crab.* 8 XIII] XII *R* iudicium N^aI clerus *R*, clericos *αTN* de — adque *om. N* alterio *TIN* mancipatus] RIN^b, mancipiatus N^a, mancipatos *αT*, mancipantes *K* 9 ecclesia *Crab.*, ecclesiae *Sur. Sirm.* teneantur *Sirm.* inscripta *β* 10 sacerdotem *R* admonitus *Crab. Sur.* agnoscat *Crab.* 11 a tutillae] *TN*, a tutelle *I*, ututille *K*, et ullam *R*, et ad ullam *α*, et a tutelae *Sirm.* administrationem *R* pontifices presbyteros ... diaconos ... excusatos] *TI*, pontificis prbi ... diaci ... excusatur *K*, pontifices (*om. N*) prbis (prsbi *N*) ... diacis (diaconis *R*, diaco *N*) ... excusatus *βN* 12 adeo] ideo *β*.

15 XIV] XIII *R* quicumque *R* ecclesia *K* aut] a *β* ac] a *R* iustum *TI* docomento] *K*, docomentum *R*, documento *rel.* 16 pro *om. KN* servetur *TI*.

Canon XV. *desideratur K.* 17 XV] XIIII *R* inmolatam (imol-) *TI*, aemolato *R* daemonibus] de omnibus *R* sum. tanq. ad vom. *Crab. Sur. Sirm.* 18 sacerdote se corregere] sacerdotibus *Sur. Sirm.* 19 noluerit] se noluerit revocare *Sur. Sirm.* communione *om. TI* emundatione *β*.

21 XVI] XV *KR* ad caput] a capud *β*, apud *Crab. Sur.* 22 *post* pecudis *add.* exta *Crab. Sur.* 23 prohibere] *KR*, cohibere *rel.* emendet] *TIN*, emendit *β*, emendat *K* consorcium *R*, consortium *α*.

1) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 13.* 2) *Cf. Loening II, 508, n. 4.* 3) *Cf. cc. 3. 6. 9. 21 Th. C. de ep. eccl. et cler. XVI, 2.* 4) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 12.* 5) *Cf. Waitz, Deutsche Verfassungsgesch. II, 446, n. 1; 481.* 6) *Cf. Thom. P. III, l. 3, c. 18, num. 18.* 7) *Cf. Rudorff, Das Recht der Vormundschaft II, 103 sq.* 8) *Cf. Thom. P. III, l. 1, c. 34, num. 12; Rudorff l. l. p. 108.* 9) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 25 inde a verbis 'Similis etiam'.* 10) *Cf. conc. Aurel. a. 533. c. 20.* 11) *Cf. Hinschius IV, 801, n. 2.*

XVII. Ut sacerdotes sive diaconi cum coniugibus suis non habeant commune lectum et cellolam[1], ne propter suspicionem carnalis consortii religio maculetur. Quod qui fecerint, iuxta priscos canones ab officio regradentur[2].

XVIII. Quicumque clericus aliquid de iure ecclesiastico seu verbo seu per scripturam adceperit ad utendum et postmodum hoc alienare quacumque occasione voluerit, non valebit, quia secundum canonum statuta proprietate ecclesiae non violat in alios quamvis longa possessio[3]. Sed in pontificis potestate consistat, qualiter pro conservando iure ecclesiastico rem possessam inter clericos debeat communicare[4].

XIX. Quicumque pro devotione sua oblationis studio aliquid in campellis vel in vineolis etiam absque scriptura probatur ecclesiae contulisse, si postmodum vel ipse vel heredes eius quacumque occatione auferre a iure hoc ecclesiae vel alienare voluerit, quoadusque a tali intentione discedat aut pervasa restituat, a communione ecclesiastica suspendatur[5].

XX. Ut nullus saecularium personarum praetermisso pontifice seu praeposito ecclesiae quemquam clericorum pro sua potestate constringere, discutere audeat aut damnare[6]; sed et clericus si pro causa ad petitione cuiuscumque fuerit ab ecclesiastico ordinatore commonitus, se ad audientiam spondeat adfuturum et respondere nulla calliditate dissimolit[7]. Sed quaecumque causatio quotiens inter clericum et saecularem vertitur, absque presbytero aut arcidiacono[8], vel si quis esse praepositus ecclesiae nuscitur, iudix publicus audire negotium non praesumat[9]. Sane si causam habentibus

1 XVII] XVI *KR* diacones *IN*, diaconus *T* cum *om. R* communem *TIN*, communionem *B* 2 et] nec *β* suspitione *α* 3 fecerit *IN* priscus *β*, prisco *T*, pristinos *N*[a] regradetur *K*, degradentur *Crab.*

4 XVIII] XVII *KR* ut quicumque *Kβ* ecclesiasticum *TI* per *om. K* 5 adceperit] *K*, acceperit *rel.* hoc *om. β* quamcumque *K* occansione *α* occasione voluerit] ratione praesumpserit *Sur. Sirm.* 6 instituta *α* proprietatem *codd. praeter K* 7 in alios] et adubus *R, sed lectio* in alios quamvis *mendosa est; fortasse pro* in alios *legendum est* alicuius *aut post* in alios *supplenda est vox* translata quamvis] quam *N*, quamlibet *Crab. Sur.* potestatem *N* 8 conservandam *TI* possessa *RHA* communicare] *β*, commutare *K*, conmutare *T*, comutare *I*, commodare *N.*

9 XIX] XVIII *KR* oblicationis *R* capellis *I* in] de *K* 10 scripturam *TI* vel *om. β* ipsi *KN* vel *om. I* 11 occatione] *K*, occansione *RHA*, occasione *BTIN* hoc *om. TI* hoc a iure *N* voluerit] *KIN*, voluerint *βT* 12 a *om. N* discedant *β* perversa *Sirm.* restituant *T*, restituant (stituant *R*) aut certe *β* a communione] munione *R* ecclesiae *TI* 13 suspendantur *βT.*

14 XX] XVIII *KR* praetermissum *TI* pontefici *R*, pontifici *TI* praepositum *β* 16 sed *om. R* causae appetitione *Crab. Sur.* petitionem *TIN* cuiusque *KR* 17 ordine *β* audientia *α* nulla] ad *N* 18 causio *K* saeculare *TI* 19 prb̄m *α* arcidiacono *scripsimus*, arcd̄io *(cf. p. 93, v. 29) K*, archidiacono *BIN*, archydiacono *T*, archidiaconum *HA*, diacono *R* 20 dinuscitur *β* iudex *codd. praeter K* causa *β*

1) *Cf. Loening II, 320, n. 3.* 2) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 62, num. 2.* 3) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 23; conc. Epaon. c. 18.* 4) *Minus recte Loeningius (II, 294, n. 3) pro lectione vulgata* communicare *substituere vult lectionem* commutare; *concilii Aurel. a. 538. c. 17 simul cum nostro canone a L. laudatus, in quo canone verbum* commutare, *et hic quidem satis apte, legitur, a canonis nostri sententia multum abhorret.* 5) *Cf. supra c. 14.* 6) *Cf. Nissl, Der Gerichtsstand des Clerus im fränk. Reiche p. 115, n. 4. 5.* 7) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 35, ubi laici generatim vetantur clericos 'in saecolare iudicio exebere'; nostro autem canone iudices proprie prohibentur 'inconsulto episcopo' clericum aliquem ad forum saeculare trahere. Cf. etiam Hinschius IV, 850, n. 2.* 8) *Cf. Thom. P. I, l. 2, 18, num. 4; Hinschius II, 185, n. 14.* 9) *Cf. Loening II, 335, n. 2.*

placuerit ire ad iudicium fori ex volumtate communi, permittente praeposito ecclesiae clerico licentia tribuatur[1].

XXI. Si quis necissitatis inpulsu ad ecclesiae septa confugerit et sacerdote seu praeposito ecclesiae praetermisso adque contempto eum quisque de locis sacris vel atriis seu vi seu dolo abstrahere aut sollicitare fortasse praesumpserit, ut inimicus ecclesiae ab eius liminibus arceatur, quousque iuxta pontificis districtionem digna per indictam paenitentiam emendatio subsequatur, eo tamen, qui abstractus est, prius ecclesiae restituto[2].

XXII. Ut nullus per imperium potestatis filiam conpetere audeat alienam, ne coniugium, quod contra parentum volumtate impiae copulatur, velut captivitas iudicetur. Sed si, quod est prohibitum, admittitur, in his, qui perpetraverint, excumunicationis severitas pro modo pontificis inponatur[3].

XXIII. Ut servis ecclesiae vel sacerdotum praedas et captivitatis exercere non liceat, quia iniquum est, ut, quorum domini redemptionis debent praebere suffragium, per servorum excessu disciplinam ecclesiastica maculetur.

In Christi nomine Hilarius episcopus ecclesiae Diniensis subscripsi.

Clementinus in Christi nomine episcopus ecclesiae Aptensis subscripsi.

Praetextatus in Christi nomine episcopus ecclesiae Cauellice subscripsi.

3 in *om. L.*

6 corrigantur *Y.*

8 non] nemo *post. manu supra lineam add. Y; post hanc vocem textus interrumpitur in utroque codice et desiderantur hic finis huius canonis et sequentia usque ad verba* missus a domno *in subscriptione Benenati, quae omnia exstant, ut iam supra p. 58, v. 13, adnotavimus, medias inter subscriptiones conc. Vas. a. 529. inter Cypriani et Maximi subscriptiones posita* 9 inplerpenitus *L.*

11 abbatissa *LY.*

12 ut de clericis *Y* uso] uno *Y.*

15 gradum L^a epistola Y^b 16 quem *corr. cum Sirm.*, quo *LY* 18 *add.* finit *post* privetur *L.*

20 subscripsi *hic et semper* $\overline{ss}$ abbreviatur *LY* notavi] nōt $\overline{ss}$ *LY* tertio] tertio $\overline{d}$ *LY*
23 antonius *Y* 24 ilarius . . . ainiensis *Y* diensis L^a 25 clementius *Y*

1) *Cf. Hinschius IV, 743, n. 5.* 2) *C. 18 q. 2 c. 17. — Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 19; conc. Aurel. a. 538. c. 21; iunge Loening II, 371, n. 1; cf. contra conc. Arel. in causa Fausti abbatis insulae Lirinensis (ante a. 461. hab.) inde a verbis: 'Monasterii vero' usque ad finem.* 3) *Cf. Loening II, 371, n. 1.* 4) *Cf. Thom. P. II, l. 1, c. 16, num. 10.* 5) *Cf. Hinschius IV, 810, n. 3.* 6) *Cf. supra n. 2.* 7) *Cf. Thom. P. III, l. 2, c. 16, num. 13; Loening II, 704, n. 3; Hinschius IV, 812, n. 3; 815, n. 3.* 8) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 5; Hinschius I, 100, n. 2; IV, 810, n. 4.*

Eusebius in Dei nomine episcopus[1] subscripsi.
Magnus in Christi nomine episcopus ecclesiae Cemelensis constitutioni subscripsi.
Auolus in Christi nomine episcopus ecclesiae Aquinsis subscripsi.
In Christi nomine Spectatus episcopus ecclesiae Foroiulensis subscripsi.
Mattheus in Christi nomine episcopus ecclesiae Arausicae subscripsi.
In Christi nomine Cymianus presbyter missus a domno meo Deotherio episcopo[2] subscripsi.
Honoratus in Christi nomine presbyter missus a domno meo Uellesio episcopo[3] subscripsi.
Benenatus in Christi nomine presbyter missus a domno meo Basilio episcopo[4] subscripsi.
Seuerus presbyter in Christi nomine ecclesiae Telonensis missus a domno meo Palladio episcopo subscripsi.
Quinidius in Christi nomine archidiaconus missus a domno meo Theodosio episcopo[5] subscripsi.
Liberius in Christi nomine archidiaconus missus a domno meo Emeterio episcopo[6] subscripsi.
Claudianus in Christi nomine diaconus missus a domno meo Emeterio episcopo[7] subscripsi.
Cyprianus in Christi nomine diaconus missus a domno meo Auolo episcopo[8] subscripsi.

1 *Eusebii et Magni subscriptiones mendose sic coniunguntur:* eusebius in dei nomine ecclesiae cemelensis constitutioni subscripsi *Y* 4 subscripsi *om. LY* 5 mateus *Y* ecclesiae *om. L* 6 *Cymiani et Honorati subscriptiones male sic coniunguntur:* in chr. nom. ciminianus presb. missus a domno meo utlesio ep. subs. *Y* 9 meo *om. Y* 12 teodosio *Y* 14 emerio *Y* 16 emerio *Y* 17 ciprianus *Y* *add. in fine:* dš adiuva me *L*.

1) *Antipolitanus.* 2) *Vinciensis.* 3) *Vapincensis.* 4) *Glandevensis.* 5) *Vasionensis.* 6) *Massiliensis.* 7) *Regensis.* 8) *Sistaricensis.*

CONCILIUM SANTONENSE.

561—567.

De hac synodo provinciali a Leontio metropolitano episcopo Burdegalensi congregata sic scribit Gregorius Turon., H. Fr. IV, 26: Huius regis *(Chariberti I.)* tempore, *inquit*, apud urbem Sanctonicam Leontius congregatis provinciae suae episcopis Emerium ab episcopatu depulit adserens, non canonice eum fuisse huic honori donatum. Decretum enim regis Chlotharii habuerat, ut absque metropolis consilium benediceretur, quia non erat praesens. Quo eiecto consensum fecere in Heraclium tunc Burdigalensis urbis presbiterum; quod regi Charibertum subscriptum propriis manibus per nuncupatum presbiterum transmiserunt.

Sirmondus in collectione sua I, 319 posterioresque editores et Hefele, Conciliengesch. III, 20 hoc concilium sine probabili causa anno 563 adscribunt. Re vera nihil aliud scimus, nisi quod ex verbis Gregorii colligi potest, concilium scilicet regnante Chariberto I, i. e. inter annos 561 et 567[1]*, celebratum esse.*

1) *Vide Richter, Annalen der deutschen Geschichte im Mittelalter I, 68, n. 1.*

CONCILIUM TURONENSE*.

567. Nov. 18.

Collati sunt codices Berolinensis 435 (nobis H) fol. 160, quem plerumque in orthographia constituenda secuti sumus, Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 167', Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 112, quos tres libros littera α designavimus, ubi in lectionibus consentiunt. Codex Bruxellensis 8780—8793 (nobis M) fol. 8 solos canones III. IV. VI. VIII. XI. huius concilii praebet.

Adferunt concilium in collectionibus suis Crabbius II, 70', Surius II, 641, Sirmondus I, 329.

Inscriptio desideratur M, in libris α sic legitur: Incipiunt canones Toronicae (Thoronicae H^a, Turonicae B) feliciter.

Numeri, quos inde a canone XII. uncis inclusos nostris apposuimus, indicant numerationem canonum, quae apud Sirmondum et posteriores editores invenitur.

Sirmondus et eum secuti posteriores conciliorum editores epistulam S. Radegundi reginae in monasterio ab ipsa condito viventi a septem episcopis missam, quam Gregorius Turon. H. Fr. IX, 39 nobis tradidit[1]*, huic nostro concilio adscribunt idque ea ratione, quia auctores huius epistulae iidem sunt atque episcopi, qui concilio Turonensi subscripserunt. Alteram quidem rationem non proferunt, at negari nequit argumentum epistulae huic opinioni non repugnare.*

Ecclesiasticae disciplinae debet esse suffragium congregatio sacerdotum nec aliud suae sollicitudinis tam peculiare conscribere, quam id, quod a fundamentum religionis pro culmine per Dominum recognoverit, operari non cesset, ut, cum pastoralis cautela propagatur in ovilis custodia, paucorum veneranda decreta sint salutis publicae

25 *add.* erit *post* aliud *edd.* 26 id *om. edd.* a fundamentum — pro culmine *lectio mendosa; fortasse cum edd. legendum est:* ad fundamentum religionis proficere, *vel aliquid simile* 27 per dominum *om. edd.* pastoralis] *edd.*, pastorali α 28 ovilis] *edd.*, ovili α

*) *Haec synodus in editionibus* Concilium Turonense II. *insignitur.*

1) *SS. Rer. Merov. I, 394.*

documenta. Et quoniam, quod omitti non decet, oportit implere, praesertim cum ad salutem animarum intellectualium, de quibus Deum cura est, in cuius traditione ad pontifices lex manavit, forma processit: necesse est vigilantissime providere repulso torpore, ut, quidquid ab antiquis patribus statutum de tramite canonico quarundam personarum temeritate cernitur imminutum, revocandum in statum pristinum possint admissa corregi et non admittenda damnari. Magna est enim in ipsa severitate pietas, per quam tollitur peccandi facultas; nam ubi insana libertas generat vulnera, sacerdotalis districtio dat medillam.

Quapropter Christo auspice in Toronica civitate consilio concordante iuxta conventiam gloriosissimi domni Chariberthi regis adnuentis coadunati pro pace et instructione ecclesiae opportunum credidimus subter annexa decreta conficere et subscriptionibus propriis roborare, ut retundantur noxia, propagentur optata, ne taciturnitate silencii viciosorum criminum nutriri videretur licentia, non abscidi, et, quae opportuna erant pro qualitate temporis adici, non paterentur neglegi, sed procurarentur impleri.

I. Placuit itaque sancto concilio interposita virtute domni Martini in sancta basilica conscribi, ut bis[1] ad synodum annis singulis metropolis et comprovinciales sui in loco, quo deliberatio metropolis elegerit, Deo propiciante conveniant aut, si necessitas sicut actenus inevitabilis prepedit, vel semel in anno[2] sine cuiuslibet excusatione personae, id est regiae vel privatae, sine cuiuscumque utilitatis obstaculo praeter infirmitates certissimae labore praeventum, nullius occassione velaminis, habeat unusquisque concursum; sed, sicut dictum est, neque impedimentum ordinationes regiae neque sub occassione utilitatis aut causae propriae debeat a concilio separari, apostolo praedicante:
Rom. 8, 35. *Quis nos separavit a caritate Christi? tribulatio an agustia an persecutio an famis an nuditas an periculum an gladius?* et reliqua. Non debet spirituali opere etiam regalis preferre praeceptio[3], cum primum in ecclesia sit mandatum: *Diliges Dominum Deum*
Matth. 22, 37. *tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota virtute tua.* Unde non debet praecepto Domini persona cuiuslibet hominis anteponi neque debet terrenae conditionis actio vel persona terrere, quos Christus spe crucis armavit. Si quis episcoporum, ut

1 *add.* cuius *post* cum *edd.* 2 salutem *addidimus* in cuius *correximus,* in eius *α* in cuius—processit] forma processit eius traditionis lex ad pontifices manavit *edd.* 4 torpore] H^b, torpotore H^aA, tempore *B* quicquid *AB* statum *A* quorundam *α* 5 revocandum *pro* revocando *α*, revocandum est *edd.* possint] ut possint male *edd.* 8 medillam] H^aA, medilam H^b, medelam *B*.

9 turonica *B* concilio *edd.* iuxta] *edd.*, iusta *α* 10 chariberthi] H^b, charibethi H^aAB, *ad hanc v. in marg.:* Arithberti *Crab. Sur.* adnuentis] *edd.*, adnuente *α* coadunati] *edd.*, dilati *H*, dalati *AB* 11 oportunum *AB* credimus *Sur.* 12 retundantur] *B*, redundantur H^aA, recidantur H^b 13 oportuna *AB* 14 putarentur *Sirm.* procurentur *edd.*

15 interposita virtute domni Martini] *edd.*, interposito virt. domno martino *α* basilica sua *Sur. Sirm.* 16 conscribi] *Sur. Sirm.*, conscripti *α*, conscripto *Crab.* ad metropolis *H* metropolitanus *edd. et sic semper pro* metropolis 17 loco quo] locum quem *edd.* 18 sicut actenus] fuerit *Crab.* actenus] *B*, antenus *HA* prepedit] *B*, prepetit *HA*, sicut praecepit authoritas *Crab.*, praepedierit *Sur. Sirm.* 19 infirmitatis *AB* 20 nullus *H* occasione *B* velaminis] *edd.*, velamine *α* 21 impedimentum *pro* impedimento *α*, per impedimentum *edd.* ordinationes] H^aAB, ordinationis H^b regie *A*, regi *B* 22 occasione *AB* a] *edd., om. α* 23 angustia *B* 28 episcopus *Crab. Sur.*

1) *Cf. conc. Nic. c. 5; conc. Reg. c. 8; conc. Chalc. c. 9.* 2) *Cf. conc. Aspasii ep. Elus. a. 551. c. 7.* 3) *Cf. Loening II, 205, ubi recte hic canon adducitur probandi causa convocationem synodi provincialis consensum regis non exegisse; iunge Hinschius III, 477, n. 6.*

superius dictum est, ad sinodum venire distulerit, usque ad maiorem sinodum a fratribus et conprovintialibus maneat excommunis[1] nec eum ex alia provincia ullus episcoporum interea communicare praesumat[2]. Ipse enim suae divisionis praeparat instrumenta, qui cum suis fratribus in membris ecclesiae non concordat.

II. Item decernitur propter illud coeleste mandatum: *Pacem meam do vobis,* ut pontificalis affectus inter consacerdotes inviolabiliter conservetur. Verum si pro peccatis, ut assolet, ex causa livor emerserit, ut pendente certamine sibi invicem reconciliare non possint, electis ab utraque parte fratribus, id est presbyteris, praeponderante dulcidine litis iacula finiant et vota pacis adquirant[3]. Nam qua fronte fistucam de alterius oculo velit eruere, qui in suo trabem non respicit imminentem? aut quid in aliis arguit, a quo vitii fons inundat? Si quis autem ab utraque parte, ut dictum est, electis presbyteris, hoc est suis membris, atque mediantibus se fratri reconciliari neglexerit, cum ad synodum venerit, non solum reatum coram coepiscopis se cognuscat incurrere, verum etiam congruae poenitentiae intelligat vindictam subire[4]. Opportunum namque est illum animadversione succumbere, qui intelligendo peccavit et, quod doceri debuit, in sese neglexerit[5]. Ioann. 14, 27.

III. Ut corpus Domini in altari non imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur[6].

IV. Ut laici secus altare, quo sancta misteria celebrantur, inter clericos tam ad vigiliis quam ad missas stare penitus non praesumant, sed pars illa, quae a cancellis versus altare dividitur, choris tantum psallentium pateat clericorum[7]. Ad orandum et communicandum laicis et foeminis, sicut mos est, pateant sancta sanctorum[8].

V. Ut unaquaeque civitas pauperes et egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundum vires; ut tam vicani presbyteri quam cives omnes suum pauperem pascant. Quo fiet, ut ipsi pauperes per civitates alienas non vagentur[9].

VI. Ut nullus clericorum vel laicorum praeter episcopum epistolia facere presumant[10].

1 synodum *B* distullerit H^aA synodum *AB* fratribus] metropolitano *Sur. Sirm.* 2 excommunicatus *edd. hic et semper* eum] ei *Sur. Sirm.* episcopus *edd.* 6 consacerdotes] sacerdotes *Sur.* 7 reconciliari *B* 10 velit] *H*, vellit *A*, valet *B* 11 arguat *Sirm.* *add.* magis *ante* vitii *Sur. Sirm.* 12 hoc — membris *collocavimus post* presbyteris, *exstat inter verba* fratri *et* reconciliari *α*, presbyteris atque mediantibus se (se *om. Sur. Sirm.*) fratribus hoc est suis membris reconciliari *edd.* 13 coepiscopis] *Sur. Sirm.*, eo epīs (episcopis *A*) *α*, ea epīs *Crab.* cognoscat *AB* 14 penitentiae *AB* oportunum *AB* 15 docere *B* 16 sese] seipso *Sur. Sirm.* neglexit *Sirm.* 17 altare *AB*, altario *M* inmaginario *M*, in imaginario *Sur. Sirm.*, in armario *om. v.* ordine *Crab.* sub] *B*, *om. HAM.* 19 laici] H^bB, laicis H^aA, laicus *M* mysteria *AB* 20 vigiliis] *HAM*, vigilias *B* 21 *add.* vero *ante* et *Sur. Sirm.* 22 feminis *ABM* pateant] *B*, pateat *HAM.* 23 unaquaeque] *B*, unaquaque *HA* 24 pascat] *edd.*, pascant *α* vicini *Crab. Sur.* pauperum *B* 25 pascant] *B*, pascat *HA* alias *Sur. Sirm.* vagentur] *Sur. Sirm.*, fatigentur *α.* 26 episcopos *Sur. Sirm.* epistola *M* presumant] *α*, non presumant *M*, praesumat *edd.*

1) *Cf. conc. Aspasii ep. Elus. a. 551. c. 7.* 2) *Hinschius IV, 742, n. 6. 9.* 3) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 12.* 4) *Cf. Hinschius IV, 816, n. 6.* 5) *Cf. Thom. P. II. l. 3, c. 105, num. 8; Loening II, 82, n. 1.* 6) *Cf. Mabillon, De liturgia Gallicana p. 92 sq.; Duchesne, Origines du culte chrétien p. 209; Hefele III, 23.* 7) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 75, num. 6.* 8) *Cf. Duchesne p. 214.* 9) *Cf. Loening II, 242, n. 2; 243, n. 2.* 10) *Cf. conc. Aurel. a. 533. c. 13.*

VII. Ut episcopus nec abbatem nec archipresbyterum sine omnium suorum cumpresbiterorum et abbatum concilio de loco suo praesumat eiecere neque per premium alium ordinare nisi facto concilio tam abbatum quam presbyterorum suorum. Quem culpa aut negligentia eicit, cum omnium presbiterorum suorum concilio refutetur[1].

VIII. Quicumque episcopus illum, quem alter episcopus excommunicatum habet, postquam fuerit de ipsius excommunicatione commonitus, communicare praesumpserit, usque ad synodum excommunis habeatur[2].

IX. Adicimus etiam, ne quis Brittanum aut Romanum in Armorico[3] sine metropolis aut comprovincialium voluntate vel literis episcopum ordinare praesumat[4]. Quod si quis contraire temptaverit, sententiam in anterioribus canonibus prolatam observet et a nostra caritate usque ad maiorem synodum se cognoscat esse remotum, quia merito a caritate nostra vel nostris ecclesiis segregantur, qui patrum statuta contemnunt.

X. De familiaritatibus mulierum licet crebrius sit in canonibus replicatum[5], attamen necesse est, ut, si secta virgulta, quae mala pollulaverant, rursus fidei falce succidantur et iam radicitus eruantur. Nullus deinceps clericorum pro occasione necessitatis faciende vestes aut causa ordinandae domus extraneam mulierem in domum suam habere praesumat. Et cum iubeamur victum aut vestitum artificiolo[6] quaerere et manibus propriis laborare, quid opus est in domum serpentem includere pro veste, quae multeformis vestem non propterea deponit, ut nudetur, sed ut se gratiorem, dum renovatur, ostendat?

XI. Nullus ergo clericorum, non episcopus, non presbiter, non diaconus, non subdiaconus, quasi sanctimonialem aut viduam vel ancillam propriam pro conservatione rerum in domum suam stabilire praesumat, quae et ipsa extranea est, dum non est mater aut soror aut filia[7], quae etiam pronior propinquavit ad culpam, dum dinoscitur

2 consilio *edd.* eicere *B* praemia *Sur. Sirm.* 3 presbiterorum *AB* quem] quos *Sur.* 4 culpa] *Sur. Sirm., om.* α suorum *om. edd.* consilio *edd.* refutentur *Sur.; fortasse legendum est:* eicit, omnium cumpresbiterorum suorum concilio revocetur.

6 excommunione *M* 7 excommunis] *M*, excommunus α.

8 etiam] *Sirm.*, et vim α, etenim *Crab. Sur.* brittanorum B^b romanorum *AB* armarica *H* 9 litteris *AB* 10 quis] *edd., om.* α *add.* isti *post* quis *Crab.* prolatam] *Sur. Sirm., om.* α 11 a nostra] anam *H*, etiam a *Crab.* esse *om. Sur. Sirm. post* remotum *add.* et excommunicatum *Sur. Sirm.* 12 contempnunt *B*.

15 si] sicut *Crab.* secta virgulta quae] secti vir atque mulier qui *Sur.* male *edd. post* pollulaverant *supplendum est cum Sur. Sirm.* redeant *vel simile verbum* fasce *Crab.* 16 succindantur *B* *add.* ergo *ante* deinceps *Sur. Sirm.* necessitates H^a 17 fatiendi *H* faciende vestes *om. Sirm.* causae *H* mulierem] *edd.*, mulierum α 18 querere *AB* 20 multiformem *edd., Crab. praeterea in marg.:* multōfortius gratiorem *om. Sur. Sirm., sed add.* clariorem *post* ostendat 21 renovatur] removetur *Crab.*

Canon XI. *canoni antecedenti adiungitur ap. Sirm.; numeri inde ab hoc canone semper desiderantur B* 22 epis *HB* prbis α diaconibus *B* subdiaconis H^aA 23 conservationem *BM*, confirmatione *Crab. Sur.* 24 ipse *H* 25 propinquabit H^b

1) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 4, num. 2; P. II, l. 1, c. 16, num. 10; Hinschius IV, 837, n. 6. 7.* 2) *Cf. conc. Arel. inter a. 442—506. hab. c. 8; iunge Hinschius IV, 801, n. 5.* 3) *Cf. Fleury, Histoire eccl. VII, 555 sq.; Richter, Annalen d. deutschen Gesch. I, 34, n. 1 et auctores ibi laud.* 4) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 10.* 5) *Cf. conc. Aspasii ep. Elus. a. 551. c. 2.* 6) *Cf. Stat. eccl. ant. c. 29. (Conc. Carthag. IV. c. 52).* 7) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 62, num. 3.*

subiecta dominatu. Si quis episcoporum aut presbiterorum seu diaconorum aut subdiaconorum de hac re statuta patrum vel nostra temerare praesumpserit, excommunicetur.

XII. (XI.) Si quis episcoporum ad distringendum eos, qui in hac facilitate perdurant, neglegens apparuerit, sicut in ipsa sancta basilica est publice recitatum ex consensu commune atque omnis populi, sententiam precessorum canonum se incurrere omnino cognoscat, sic tamen, ut tam metropolis suis cumprovincialibus, quam cumprovinciales metropoli suo, si resistere aut contemnere episcopum clerici sui praesumpserint, dent omnino solatium. Et quia dixit sancta scriptura: *Frater fratrem adiuvans exaltabitur*, quicumque pro causa Dei fratri suo solatium commonitus dare distulerit, usque ad synodum removeatur. Nam si episcopus se contemni sentiens fratres suos in solatio suo non commonuerit, ipse sciat, qualiter reddat Domino rationem. Prov. 18, 19.

XIII. (XII.) Episcopus coniugem ut sororem habeat[1] et ita conversatione sancta gubernet domum omnem tam ecclesiasticam quam propriam, ut nulla de eo suspitio quaqua ratione consurgat. Et licet Deo propitio clericorum suorum testimonio castus vivat, quia cum illo tam in cella quam, ubicumque fuerit, sui habitant eumque prosecuntur[2] et presbiteri et diaconi vel deinceps clericorum turba iuniorum Deo adiutore conversantur: sic tamen propter zelotem Deum nostrum tam longe absint mansionis propinquitate divisi, ut nec hi, qui ad spem recuperandam clericorum servitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur[3].

XIIII. (XIII.) Episcopum episcopiam non habentem nulla sequatur turba mulierum; *videlicet salvatur vir per mulierem fidelem, sicut et mulier per virum fidelem*, ut apostolus ait. Nam ubi talis custodia necessaria non est, quid necesse est, ut miseria prosequatur, unde fama consurgat? Habeant ministri ecclesiae, utique clerici, qui episcopum serviunt et eum custodire debent, licentiam extraneas mulieres de frequentia quohabitationis eiecere[4]. 1. Cor. 7, 14.

XV. (XIV.) Et ne occasio famam laceret honestatis, quia aliqui laici, dum diversa perpetrant adulteria, hoc, quod de se sciunt, in aliis suspicantur, sicut ait Senica: *Pessimum in eum vitium esse, qui in id, quod insanit, ceteros putat furere*, ut et ipsis

1 dominatui *edd.* episcopus ... presbyter ... diaconus ... subdiaconus *edd.* presbiter *B* diaconorum] *M*, diaconum *α* subdiaconorum *scripsimus*, subdiaconum *αM*.

3 episcopus *edd.* facilitate *al. m. in* familiaritate *mutatum est H* 5 omnis populi *scripsimus*, omni populo *α*, totius populi *edd.* processorum *B*, praedecessorum *edd.* 7 contempnere *B* presumserint *A* 9 distullerit H^aA 10 contempni *B* 11 *add.* se *post* ipse *α* reddet dō *B*.

12 ut] *edd.*, aut *α* sancta gubernatione (conversatione *Sirm.*) *edd.* 13 gubernat *B* tam] H^b, tamen H^aAB eo] H^b, eos H^aAB 14 quaqua] qua *B* castus] *Sur. Sirm.*, *om. α* 15 ubicumque fuerit] *edd.*, ubi quod fuerint *α* sui] secum *Crab. Sur.* habitent *edd.* prosequuntur et *AB*, sequantur et *Crab., om. Sur. Sirm.* 16 adiutore] auctore *Sirm.* 17 conversantur] conservent *Sur. Sirm.* 19 polluatur *H*.

20 episcopam *edd.* 21 videlicet salvatur] licet salvetur *edd.* 24 *add.* et *post* licentiam *α* 25 eicere *B*.

27 seneca *B* 28 quod] *α*, quo *edd.* insanit] *edd.*, insane *α* furere] *B*, furore *HA* ut et ipsis putantibus aut certe estimantibus locus *correximus*, ut et ipsi putantes a. c. estimantes locus *α*, ut ergo ipsi putandi a. c. aestimandi locus *Crab.*, ut ergo ipse sinistrae existimationis aditus *Sur. Sirm.*

1) *Cf. Loening II, 320, n. 4.* 2) *Cf Loening II, 321, n. 1; 344, n. 2.* 3) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 62, num. 3; c. 100, num. 7; P. I, l. 3, c. 5, num. 4.* 4) *Cf. supra n. 2 et 3.*

putantibus aut certe estimantibus locus amputetur, nullus sacerdotum ac monachorum colligere alium in lecto suo praesumat nec liceat monachis cellas habere communis, ubi aut bini maneant aut peculiarea reponi possint, sed scola laborem communi construatur, ubi omnes iaceant aut abbate aut praeposito inminentem, ut, dum duo vel tres vicissim et legunt et excubant, alii consolentur, ut non solum sit custodia corporum, sed et surgat pro lectione assidua profectus animarum[1].

XVI. (XV.) Si qui in monasterio conversi sunt aut converti voluerint, nullatenus exinde habeant licentiam evagandi nec, quod absit, ullus eorum coniugem ducere aut extranearum mulierum familiaritatem habere[2]. Nam sicut supra dictum est, si uxorem duxerit, excommunicetur et de uxoris male societatis consortio etiam iudicis auxilio separetur[3]. Quod si iudex ad hoc solatium dare noluerit, excommunicetur. Qui infelix monachus tale coniunctione fedatus si per cuiuscumque patrocinium se conatus fuerit defensare, et his, qui in hac pertinacitate perdurat, et ille, qui eum exceperit ad defensandum, ab ecclesia segregentur, donec revertatur ad septa monasterii et indictam ab abbate, quamdiu ei praeceptum fuerit, agat penitentiam; et post satisfactionem revertatur ad gratiam.

XVII. (XVI.) Ut mulier intra septa monasterii nullatenus introire permittatur. Si abba in hac parte aut praepositus neglegens apparuerit, qui eam viderit et non statim reiecerit, excommunicetur.

XVIII. (XVII.) De ieiuniis vero antiqua a monachis instituta conserventur, ut de pascha usque quinquagessima excepto rogationes omne die fratribus prandium praeparetur; post quinquagessima tota ebdomada ex asse ieiunent. Postea usque kalendas Agusti ter septimana ieiunent: secunda, quarta et sexta die excepto his, qui aliqua infirmitate constricti sunt. Augusto, quia cotidie missae sanctorum sunt, prandium habeant; Septembro toto et Octobro et Novembro, sicut prius dictum est, ter in septimana, de Decembre usque natale Domini omni die ieiunent. Et quia inter natale Domini et epyfania omni die festivitates sunt, idemque prandebunt excepto triduum illud, quod ad calcandam gentilium consuetudinem patris nostri statuerunt[4], privatas in

2 lecto] *edd.*, loco α cellulas *Sur. Sirm.* 3 peculiarea] *HB*, peculearea *A*, peculiares (peculiare *Crab. et in marg.:* singulares *Crab. Sur.*) *edd.*, (pecuaria?) reponi] *edd.*, repone $H^{a}AB$, reponere H^{b} construantur *B* 4 inminentem] gubernante *Sur. Sirm.* 5 legunt *scripsimus*, legent α, legant *edd.* excubent *edd.*

7 nullatenus] si ullatenus *B* 8 neç] *edd.*, ne α 9 sicut] si ut *Sirm.* si *ante* uxorem *om. Sirm.* si *om. HA* 10 societatis] *B*, societate *HA*, sociatae *edd.* 12 tali *B* 13 his] is H^{b} illi . . . exceperint *Sur. Sirm.* 14 revertantur *HB* 15 ab *om. HA* satisfactione *AB*.

17 inter *H* 19 reiecerit *correximus*, reiecerint (reicerint *H*) α, eiecerit *edd.*

20 conserventur] *Crab. Sur.*, conservetur α, serventur *Sirm.* 21 quinquagessima] *H*, q-gensima *A*, q-gesima *B*, q-gesimam *edd., item in sequenti versu* exceptis rogationibus *edd.* 22 ex asse] exacte *Crab. Sur.* usque ad *edd. hic et postea semper* kalendas agusti] kl̄ agūs (agustas, augs̄) *HAB* 23 in septimana *edd.* exceptis *edd.* 24 in Augusto *edd.* 25 septembrio *B*, in Septembri *edd.* et octobro *scripsimus*, Octobri *Sur. Sirm., om.* α novembrio *B*, Novembri *edd.* 26 decembrio *B*, Decembri *edd.* natalem *Crab. Sur. utroque loco* 27 epyphania *B* excepto] excipitur *edd.* 28 quod] quo *edd.* patres *B*

1) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 62, num. 3; P. II, l. 1, c. 93, num. 3.* 2) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 21.* 3) *Cf. Loening, II, 401. 402.* 4) *Cf. Duchesne p. 275, n. 2.*

kalendis Ianuarii fieri letanias, ut in ecclesia psalletur et ora octava in ipsis kalendis circumcissionis missa Deo propitio celebretur; post epyfania vero usque quadragensima ter in septimana ieiunent.

XIX. (XVIII.) Idemque pro reverentia domni Martini vel cultu ac virtute id statuimus observandum, ut tam in ipsa basilica sancta quam in ecclesiabus nostris iste psallendi ordo servetur: ut in diebus aestivis ad matutina sex antephane binis psalmis explicentur; toto Augusto manicationes[1] fiant, quia festivitates sunt et missae; Septembre septem antephane explicentur binis psalmis; Octubre octo ternis psalmis; Novembre novem ternis psalmis; Decembre decem ternis psalmis; Januario et Febroario idemque usque pascha[2]; sed, ut possibilitas habet, qui facit amplius pro se et qui minus, ut potuerit. Superest, ut vel duodecim psalmi expediantur ad matutina, quia patrum statuta praeceperunt, ut ad sexta sex psalmi dicantur cum allelugis et ad duodecima duodecim idemque cum allelugis, quod etiam angelo ostendente dedicerunt. Si ad duodecima duodecim, cur ad matutina non idemque vel duodecim explicentur? Quicumque minus quam duodecim psalmos ad matutina dixerit, ieiunet usque ad vesperum, panem cum aqua manducet; non illi sit altera in illa die ulla refectio. Et qui hoc facere contempserit, una ebdomada panem cum aqua manducet et ieiunet omni die usque ad vesperum[3].

XX. (XIX.) Archipresbiteri vero vicani[4] et diaconi et subdiaconi[5] non quidem omnes, sed plures in hac suspicione tenentur a populo, quod cum coniugibus suis maneant. Pro qua re hoc placuit observare, ut quocienscumque archepresbiter seu in vico manserit seu ad villam suam ambulaverit, unus lectorum canonicorum[6] suorum aut certe aliquis de numero clericorum cum illo ambulet et in cella, ubi ille iacet, lectum habeat pro testimonio[7]. Septem tamen inter subdiaconus et lectores vel laicus habeat concessus, qui vicissim septemanas suas cum illo facere omnino procurent; qui distulerit, fustigetur. Et si in hoc presbiter neglegens inventus fuerit, quod non hoc sic implere contendat, triginta diebus communione privetur, donec poenitentiam agat et sic revertatur ad gratiam[8]. Reliqui presbyteri et diaconi ac subdiaconi vicani hoc studeant, ut

1 kalendis ianuarii] *A*, kl̄ ian̄ *HB* ecclesiis *Sur. Sirm.* ipsas *B* kalendis] *A*, kl̄ *HB* 2 circumcissionis] *H*, c-cisionis *AB* missas *B* epiphania *AB* quadragesima *B*. 4 domini *B* 6 aestivis] festis *Sur. Sirm.* matutinas *B*, matutinum *edd.* antiphonae *B* 7 missae] *Crab.*, missas *α*, *cum Sur. Sirm. scribendum esse videtur:* missae sanctorum 8 antiphone *B* novembrio *B* 9 decembre *scripsimus*, december *HA*, decembrio *B* idemque] itidem *edd.* 10 pasca *B* 11 matutinā *B*, matutinum *edd.* 12 praeceperunt] *B*, perciperunt *HA* alleluia *edd.* 13 idemque] *B*, id est que *HA* alleluia *edd.* 14 *add.* psalmi *post* duodecim *edd.* matutinum *edd.* 15 psalmos] *edd.*, psalmis *α* matutinas *B*, matutinum *edd.* ieiunet] *B*, ieiunent *HA* vesperam *Crab. Sirm.* 16 *add.* et *ante* non *edd.* illa A^a 18 vesperam *Crab. Sirm.*

19 archipresbiteri] archip̄rbi *H*, arcaepresbiteri *A*, archipresbyteri *B* vero *om. Sur. Sirm.* 21 archepresbiter] archeprbi̇ *H*, archepresbiteri *A*, archipresbyter *B* 22 unius *H* lector *Sur. Sirm.* certe aliquis *scripsimus*, certe laicus *α*, certus aliquis *edd.* 23 ille] illi H^bA habeat] *B*, habet *HA* 24 diacones *B* et] ut *B* laicos *B* concessos *B* 25 distullerit H^bA 26 presbyter *B* sic] se *B* 27 communione] *edd.*, excommunione *α* penitentiam *AB* 28 studeant] studio se custodiant *Sur. Sirm.*

1) *Cf. Du Cange ad h. v.* 2) *Cf. Mabillon, Disquisitio de cursu Gallicano § 5, num. 52 sq. in: De liturgia Gall. p. 420.* 3) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 74, num. 4. 5. 6.* 4) *Cf. Hinschius II, 266, n. 2.* 5) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 2.* 6) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 12 (11).* 7) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 100, num. 7.* 8) *Cf. Hinschius IV, 810, n. 4.*

mancipiola sua ibi maneant, ubi uxoris suae; illi tamen segregatim solitarii in cella iaceant et orent et dormiant[1]. Nam qui uxores non habent, in parte de mancipiolis suis habeant cellulas segregatim, ubi et ipsi quidem orent segregati et dormiant. Nam si inventus fuerit presbiter cum sua presbiteria aut diaconus cum sua diaconissa aut subdiaconus cum sua subdiaconissa, annum integrum excommunis habeatur et depositus ab omni officio clericali inter laicos se observare cognoscat, eo tamen permisso, ut inter lectores in psallentium choro colligatur[2]. Illi vero archipresbyteri, qui talem cautellam super iuniores suos habere noluerint et non eos habuerint studio distringendi, ab episcopo suo in civitate retrudantur in cella ibique mense integro panem cum aqua manducent[3] et poenitentiam agant pro sibi credito clero[4], quia nulli clericorum iuxta sententia canonum cum coniuge sua manere permittitur et quia haeresis Nicolaitarum per Nicolai facilitatem surrexit, uti legitur: *Ista haeresis presbiterorum a quodam presbitero primum surrexit*, etiam quod nullus potuit aestimare, quod auderet ille, qui corpus Domini consecrat, talia perpetrare, nisi tempore novissimo pro peccatis nostris ista surrexerunt. Si illi diaconi omnium sententia episcoporum damnati sunt et heretici reputati ac si tales diaconi illi subiacent maledictione, quos patrum statuta pro hac causa damnarunt, quid illi infelices presbyteri, qui tali sunt peccato subiecti, ut alios trahant in praeceps secum, qui eos tali ordine vivere cernunt, ut, qui deberent esse forma praecepti, ipsi inveniantur forma peccati. Rectius est, ut capud morbidum, si curare non potest, amputetur, quam grex pro eodem infelicetur. Tales ergo sacerdos et pastor non debet a populo venerari sed rennui, qui non formam disciplinae sed vitii docet, dum se ipsum non corregit.

XXI. (XX.) Et quia in sententiam papae Innocenti ad Uictritium episcopum Rotomagensem latam[5] legitur scriptum de virginibus, quae Christo spiritaliter nupserunt et velari a sacerdote meruerunt,[6] si postea nupserint, quod vix etiam ad agendam poenitentiam mereantur accedere, quia sic dicit: *Si enim de hominibus haec ratio custoditur, ut, quaecumque vivente viro altero nupserit, habeatur adultera*[7], *quanto magis et illa damnanda est, quae se ante immortale sponso coniunxerat et postea ad humanas*

1 uxores *B* 3 quidem] itidem et *Sur. Sirm.* segregati] *edd.*, segrete *H*, segregate *A*, secrete *B* dormiant] *B*, dormient *HA* 4 presbitera *B* diacono *HA* 5 subdiacono *HA* excommunis *correximus*, excommunus *α* 6 cognuscat H^a eo] *Sur. Sirm.*, quo *α* ut] *Sur. Sirm.*, *om. α* 7 cautelam *B* 8 distringi *H* 9 integrum *A* 10 et] *Sur. Sirm.*, *om. α* paenitentiam *AB* 11 sententiam *AB* heresis *AB* nicolaitarum—haeresis] *Sur. Sirm.*, *om. α* 12 uti *correximus*, ubi *α* quodam] *B*, qua *HA*, quo *Sur. Sirm.* 13 surrexerit *Sur. Sirm.* 14 ista] illa *B* 15 omnium *om. Sirm.* sententia] *edd.*, sententiae *α* heretici] *B*, heresi *HA* 16 illi] *edd.*, illius *α* 17 tali] *B*, tales *HA* 18 ut] et *edd.* 19 forma *correximus*, in urna *α*, norma *Sur. Sirm.* curari *B* 20 pro eodem] per eumdem *Sur. Sirm.* infelicetur *correximus*, infelletur *α*, inficiatur *edd.*

23 sententia *B* innocentii *B* 24 latum *B* scriptam *HA* nupserint *H* 25 sacerdote] H^b, sacerdotum H^aAB 26 penitentiam *AB* dixit *H* hominibus] *AB*, omnibus *H*, omnibus *edd.* hac *B* 27 quaecumque] *edd.*, quicumque *α* 28 se] *B*, *om. HA*, *coll. ante* coniunxerat *edd.*

1) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 62, num. 3.* 2) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 75, num. 8; Hinschius IV, 807, n. 2.* 3) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 4, num. 1; Hinschius IV, 819, n. 4.* 4) *Cf. Hinschius IV, 817, n. 12.* 5) *Jaffé-W., Reg. n. 286 'Etsi tibi frater'. Haec epistula plurimis antiquis collectionibus tradita est; cf. Maassen, Quellen 1, 242.* 6) *Cf. Thom. P. I, l. 3, c. 45, num. 5; c. 52, num. 8. 9; Loening II, 403, n. 3.* 7) *Canon haec verba epistulae omittit: 'nec ei agendae poenitentiae licentia concedatur, nisi unus ex his fuerit defunctus' (vide: Opera S. Leonis M. ed. Ball. T. III, p. 212).*

nuptias transmigravit?[1] Et adiecit: *Hae vero, quae necdum sacro velamine tectae sunt, tamen in proposito virginali semper manere simulaverant, licet velatae non sint, si postea nupserint, his agenda aliquanto tempore poenitentia est, quia sponsio earum a Deo tenebatur. Nam si inter homines solet bonae fidei contractus nulla ratione dissolvi, quantum magis ista pollicitatio, quam cum Deo peregit, solvi sine vindicta non debet.* Post haec de viduabus adiunxit: *Si apostolus Paulus, quae a proposito viduitatis discesserunt, dixerat eas habere damnationem, ubi ait: 'Quia primam fidem irritam fecerunt'* etc.[2] Quis sacerdotum contra decretalia, quae a sede apostolica processerunt, agere praesumat vel quis, quod peius est, contra sententiam, quam vas electionis Paulus apostolus Spiritu sancto ministrante promulgavit, aliud conscribere ulla ratione praesumat, cum dicat ipse per Spiritu sancto: *Qui praedicaverit super id, quod praedicavi, anathema sit?* Et quorum autorum valere possit praedicatio, nisi quos sedis apostolica semper aut intromisit aut apogrifare non fecit? Et patres nostri hoc semper custodierunt, quod eorum praecepit auctoritas. Nos ergo hoc sequentes, quod vel apostolus Paulus vel papa Innocentius statuit, in canonibus nostris inserentes statuamus observandum: ita dumtaxat, ut nullus nec sacratam Deo virginem neque si in honore Christi veste mutavit, tam viduam quam puellam, aut rapere aut competere aut sibi in coniugium sotiare praesumat, quia etiam lex Romana constituit: *Quicumque sacratam Deo virginem vel viduam fortasse rapuerit, si postea eis de iunctione convenerit, capitis sententiam feriantur*[3]; item: *Si quis, non dicam rapere, sed adtemptare matrimonii iungendi causa sacratas virgines vel viduas ausus fuerit, capitis sententiam feriatur*[4]; cum etiam in chronicis habeatur de virginibus gentilium tempore, quae se Vestae sacraverant, postmisso proposito et corrupta virginali gratia legale sententia vivas in terra fuisse defossas. Si profana colentes tali sunt sententia condemnatae, quanto magis, quae in honore redemptoris sui se veste mutaverint et perseverare noluerint, utique gravem debent exspectare sententiam, sicut in Arelatense synodo[5] habetur insertum: *De puellis, quae se voverint Deo et preclari decore nominis floruerint, si post viginti quinque presertim annos etatis ad terrenas nuptias sponte transierint, id custodiendum esse decrevimus,*

Cf. 1. Tim. 5, 12.

Cf. Galat. 1, 9.

1 hae] haec *H* 2 preposito *HA* *add.* se *ante* manere *edd.* simulaverunt *Sirm.* 3 his agenda — est] *edd. et epist. ipsa, om. α* 4 si] *edd., om. α* 5 quanto *edd.* magis] *edd., om. α* qua *H* peregit] H^bB, pereregit H^aA, pepigerunt *edd.* 6 debet] potest *Crab.* haec] hoc *edd.* viduabus] viduis *edd.* *add.* nam *ante* si *edd.* quae] si *Sur.*, si quae *Sirm.* 7 dixit *edd.* 8 etc. *scripsimus cum edd.*, et *α* quis] A^bB, quia *H*, qui A^a decretalia] *α*, decreta talia *edd.* 9 peius] *edd.*, prius *α* 11 spiritum sanctum H^bB super] praeter *edd.* 12 auctorum *B*, authoritas *Crab. om. v.* praedicatio nisi quos] *edd., om. α* sedis] sed his *B* 13 apogrifare non *correximus*, apofigrarum *α*, apocryphos *edd.* custodierunt] *edd.*, custodierint *α* 14 sequamur vel quod *Crab.* 15 in canonibus — observandum] *Sur. Sirm., om. α* 16 ita dumtaxat] *B*, ita taxat *HA*, *om. Sur. Sirm.* nec *om. edd.* neque si] quae *Sur. Sirm.* honere *A* 17 vestem *B* tam — puellam *om. Sur. Sirm.* sibi in coniugium] *B*, se coniugium *HA*, sibi coniugem *edd.* 18 etiam et *α* ut quicumque *edd.* ad sacratam *HA* 19 eis de iunctione] *α*, eius devinctione *Crab.*, eis de coniunctione *Sur. Sirm.* sententia *B* 20 sed] se *H* matrimonii] *Sur. Sirm.*, matrimonio *α* 21 sacram virginem *Sur. Sirm.* vel viduas *om. Sur. Sirm.* sententia *B* 22 deae Vestae *edd.* 23 legali H^b 24 profana] *edd.*, fana *α* condempnate *AB* 25 utique] *B*, utque *HA*, *om. Crab.* 26 expectare *AB* arelatensi *B* 27 voverunt *B* preclari] A^bB, preclarae *H* floruerunt *B* post vigesimum quintum praesertim aetatis suae annum *Sur. Sirm.* 28 annis B^a transierunt *H*

1) *Cap. 14.* 2) *Cap. 15. — Epistula sic pergit: 'quanto magis virgines, quae prioris promissionis fidem frangere sunt nisae.'* 3) *c. 1 Th. C. de raptu vel matrimonio IX, 25, Interp.* 4) *c. 2 Th. C. eod.* 5) *Conc. Arel. inter a. 442—506. hab. c. 52.*

ut cum his, quibus se alligaverint, communione priventur, ita ut eis postulantibus poenitentia non negetur, cuius poenitentiae communio multo tempore differatur; cum etiam iam in antiquos Meleuitanos canones[1] fuerit statutum: *Item placuit, ut, quicumque episcoporum necessitate periclitantes pudicitiae virginalis, cum petitur potens vel raptor aliquis formidatur vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus aut his, ad quorum curam pertinet, velaverit virginem seu velavit intra viginti quinque annos aetatis, non ei obsit concilium, quod de isto annorum numerum constitutum est.* Nos vero, quos lex perimi iubet, si cupiunt audire praeconem, volumus, ut convertantur et vivant. Nam tunc perimendi sunt oris gladio et a communione privandi, si relicta sibi decreta seniorum observare noluerint et pastorem suum audire dispexerint et se separare noluerint. Qui ergo in hac pertinatia perdurare voluerint et plus in volutabro malae conversationis permanere, quam se de vetito coniugio separare, perenni excommunicatione damnentur. Et quicumque episcoporum aut presbyterorum vel diaconorum aut subdiaconorum eis communicare praesumpserit, usque ad synodum ab omnibus episcopis excommunis habeatur. Et excludatur excusationis adinventio, quod modo aliquae dicere meditantur, quod propterea se veste mutaverint, ne eas inferiores personae macularint, cum non solum domni gloriosae memoriae Childebertus et Chlotcharius reges constitutionem legum de hac re custodierint et servaverint, quam nunc domnus Charibertus rex successor eorum praecepto suo roboravit[2], ut nullus ullam nec puellam nec viduam absque parentum voluntatem trahere aut accipere praesumat. Quaecumque enim timet violentiam et non vult habere maritum, refugiat ad ecclesiam, donec propinqui possint eam principis imperio aut sacerdotes vel ecclesiae beneficio liberare et defensare ac condigno sociare marito; nam quae se veste mutaverit, absque dolo in eo proposito, quod disposuit, perseverare procuret. Illud vero, quod aliqui dicunt: Vidua, quae benedicta non fuit, quare non debet maritum accipere? Sed omnes sciunt, quod numquam in canonicis libris legitur benedictio vidualis, quia solus propositus illi sufficere debet[3], sicut in Epaunenses canones[4] a papa Auito vel omnibus episcopis conscriptum est: *Viduarum consegrationem, quas diaconas vocitant, ab omni religione nostra penitus abrogamus;* et

Cf. Ez. 18, 23. 32; 33, 11.

1 alligaverunt *edd.* penitentia *AB* 2 paenitentia *AB* 3 iam] id *edd.* in antiquis Milevitanis canonibus *edd.* mileuitanos *B* statum *HA* ut] *edd., om.* α 4 *add.* vel *ante* petitor *edd.* petitor *B* 5 periculoso scrupulo] periculo *B* 6 ad quorum] *B*, aut ad quorum *H*, aut aliquorum *A* velaverit] H^b, delaverit H^aA, develaverit *B* 7 ei] eis *B* 8 isto] istorum *Sur. Sirm.* numero *B* quos] quod *B* eprimi *B* 9 ut] *Sur. Sirm.*, si α et vivant] α, ut vivant *Crab.*, ad vitam *Sur. Sirm.* tunc *om. Sur. Sirm.* 11 se separare] esse separati *Sur. Sirm.* noluerint] noverint *Crab.* 12 durare *Sirm.* et] *edd.*, ut α 13 separari *H* damnentur] H^b, damnetur H^aAB 14 presbiterorum *B* eis — synodum ab] *Sur. Sirm., om.* α *praeter litteras* ei, *Sur. Sirm. scribunt* eos *pro* eis 16 adinventio] *edd.*, adinventione α quod modo] α, quam modo *edd.* 17 macularent *AB* 18 choltcharius *B* 19 charibercus *B, ad hanc v. Crab. Sur. in marg.:* Arithbertus 20 roboravit] *edd.*, roborare α ut] aut *H* ullus *B* nec *ante* puellam *et* nec viduam *om. Sur. Sirm.* 21 voluntate A^b tradere *Crab.* quicumque *Crab.* enim] ergo *Sur. Sirm.* 22 non] *Sur. Sirm., om.* α 24 mutaverit] *edd.*, mutaverint α disposuit] H^b, disposui H^aAB 26 sed] cum *edd.* sciant *edd.* 27 solum propositum *edd.* 28 Epaonensibus canonibus *edd.* 29 vocitant] vocant *edd.* religione] *codd. et edd., in conc. Epaon. antiquiores codd.* regione *praebent* abnegamus *Sirm.*

1) *Can. 26. — Cf. Maassen, Quellen 169 sq.; 774.* 2) *Constitutiones regum hic laudatae nobis traditae non sunt; sed cf. conc. Aurel. a. 549. c. 19.* 3) *Cf. Thom. P. I, l. 3, c. 51, num. 11.* 4) *Can. 21.*

expressius decretum est in synodo Arelatense[1]: *Professas viduas, si conventiam prestiterint, cum raptoribus esse damnandas.* In prophetis legitur, quia de alienigenis contra interdicta Dei Hebrei sortiti fuissent uxores, populum Dei a gentibus superatum; post, predicante propheta quia dimisere uxores et filios et separaverunt se de inlicitis coniugiis, statim victoria fuisse secuta. Quicumque ergo de laicis ingenuus cum talibus excommunicatis participari praesumpserit, excommunem se esse cognuscat.

XXII. (XXI.) De incestis vero censuemus statuta canonum vetera non irrumpi; satis enim facimus, si in hac parte statuta prisca servemus[2]. Sed propterea fuit iterare necessarium, quia dicunt plures, quasi quod precessorum neglegentiam sacerdotum illis non fuisset apertum; sed revera mentiuntur, cum sciamus tales et tantos viros nullatenus huic neglegentiae subiacuisse, sed hoc, quod scripturae sanctae testantur, assiduae praedicasse. Propterea placuit etiam de voluminibus librorum pauca perstringere et in canonibus inserere, ut scarpsa lectio de aliis libris in unum recitetur ad populum. Sic enim Dominus locutus est: *Custodite leges meas atque iudicia, quae faciens homo vivit in eis. Ego Dominus. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem eius. Ego Dominus. Turpitudinem patris tui et turpitudinem matris tuae non discoperies; mater tua est, non revelabis turpitudinem eius. Turpitudinem uxoris patris tui non discoperies; turpitudo enim patris tui est. Turpitudinem sororis tuae ex patre sive ex matre, quae domi vel foris generata est, non revelabis. Turpitudinem filiae filii tui vel neptis ex filia non revelabis, quia turpitudo tua est. Turpitudinem filiae uxoris patris tui, quam peperit patri tuo, id est soror tua, non revelabis. Turpitudinem sororis patris tui non discoperies, quia caro sit patris tui. Turpitudinem sororis matris tuae non revelabis, eo quod sit caro matris tuae. Turpitudinem patris tui non revelabis nec accedis ad uxorem eius, que tibi affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tuae non revelabis, quia uxor filii tui est; non discoperies ignominiam eius. Turpitudinem uxoris fratris non revelabis, quia turpitudo fratris est. Turpitudinem sororis tuae et filiae eius non revelabis. Filiam filiae eius et filiam filiae illius non sumes, ut reveles ignominiam eius, quia caro eius sunt et tales coitus incestus est. Sororem uxoris tuae in pellecatum illius non accipies nec revelabis turpitudinem eius. Cum uxorem proximi tui non coibis nec seminis commixtione maculaveris.* Levit. 18, 5—18. 20. *Maledictus homo, qui facit sculptile et conflatile, abominationem Domino, opus manuum artificum ponetque illud in abscondito, et respondebit omnis populus amen. Maledictus, qui non honorat patrem suum et matrem, et dicit omnis populus amen. Maledictus, qui transfert terminos proximi sui, et dicit omnis populus amen. Maledictus, qui errare* Deut. 27, 15—20. 22—24.

1 sinodo *B* *add.* in *ante* coniventiam *α* coniventiam] incontinentia *edd.* prestiterint *scripsimus*, perstiterint *α* 2 quia] *edd.*, quare *α* 3 interdicta] *edd.*, intradicta *α* 4 predicantem prophetam *H* quia] *edd.*, *om.* *α* dimisere] *A*, de miseres *H*, di miseres *B* uxores] *Sur. Sirm.*, *om.* *α* de] ab *edd.* 6 participari] communicare *Sirm.*

7 *add.* coniunctionibus *post* incestis vero *edd.* 8 terrare *B* 9 quia] *edd.*, quā *B*, que *HA* quod precessorum (precessorem *B*) neglegentiam] *α*, illud per praedecessorum negligentiam *edd.* 11 neglegentiae] *edd.*, neglegentia *α* 13 scarpsa] *α*, scripta *Crab.*, excerpta *Sur.*, excepta *Sirm.* 15 omnis — dominus *om. Sirm.* accedet *Sur.* 16 *add.* eius *ante* patris *H* tuae] *edd.*, tui *α* 18 turpitudo enim] *edd.*, turpitudinem *α* 19 generata] genita *edd.* 21 id] et *A* 22 sit] est *B* 24 que] *α*, qui *Crab. Sur.*, quia *Sirm.* 25 nurus] *edd.*, nurui *α* non] nec *edd.* 26 fratris tui *edd. utroque loco* 28 ut — eius] *edd.*, *om.* *α* eius] illius *edd.* 31 abonminationem *A* 32 *add.* et dicet *ante* amen *edd.* 33 matrem suam *Sirm.* dicet *edd. hic et semper* 34 maledictus est *H*

1) *Conc. Arel. inter a. 442—506. hab. c. 46.* 2) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 27.*

facit cecum in itinere, et dicit omnis populus amen. Maledictus, qui pervertit iudicium advene, pupille et vidue, et dicit omnis populus amen. Maledictus, qui dormit cum uxori patris sui et revelat operimentum lectuli eius, et dicit omnis populus amen. Maledictus, qui dormit cum sorore sua, filia patris sui sive matris suae, et dicit omnis populus amen. Maledictus, qui dormit cum socra sua, et dicit omnis populus amen. Maledictus, qui clam percusserit proximum suum, et dicit omnis populus amen. — Itemque ait sacra sententia legum, que in hac explanatione omni homine, tam docto quam indocto, aperta est, *ut quisque illi aut sororis aut fratris filiam aut certe gradu consubrinam aut certe fratres uxorem sceleratis sibi nuptiis iunxerit, huic poenae subiaceat, ut de tali consortio separetur,* et reliqua[1]. — Item alia: *Quaecumque mulier sororis suae maritum post illius mortem acceperit vel, si quis ex viris mortua uxori sororem eius aliis nuptiis sibi coniunxerit, noverit tali consortio se esse notabilem*[2]. In synodo Aurilianense[3], quam invictissimus rex Chlotueus fieri supplicavit, sic decretum est: *Ne superstes frater torum defuncti fratris ascendat; ne sibi quisque amisse uxoris sororem audeat sociare. Quod si fecerit, ecclesiastica districtione feriantur.* In Epaunenses canones[4] a papa Auito vel reliquis episcopis constitutum est: *Incestis coniunctionibus nihil prorsus veniae reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestus vero nec ullo coniugii nomine praevelandos praeter illos, quos dinumerare funestum est, hos esse censuimus: ut, si quis relictam fratris, quae paene prius soror extiterat, carnali coniunctione violaverit; si quis frater germanam uxoris suae acceperit; si quis novercam duxerit; si quis consubrine subrineque se societ, ab ecclesia segregetur; et sicut a presente tempore prohibemus, ita ea, que sunt anterius instituta, non solvimus: ne quis relictae avunculi misceatur aut patrui aut privignae concubitu polluatur. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi meliores coniugii facultatem.* — In canones Aruenus[5] a beatissimis patribus sic habetur insertum: *Si quis relictam fratres, sororem uxores, privignam, consubrinam subrinamve, relictam idem patrui atque avunculi carnalis contagii crediderit consortio violandam et sacrelege auctoritatem divinae legis ac iura nature perruperit et, cui caritatis ac affectus solatio exhibere debuerat, pudicitiae expugnator vim inferre temptaverit, apostolicae constitutionis sententia feriatur et, quamdiu in tanto versatur scelere, a Christiano coetu atque convivio vel ecclesie matris*

1 dicet *AB* pervertat *B* 2 *add.* cum *ante* advene *α* 5 socra] *HA*, socru *B* dicet *B* 6 proximus *A* 7 in hac explanatione] *edd.*, hac explatione *α* 8 quisquis *edd. om. v.* illi sororis aut fratris filiam] *Sur. Sirm.*, sororem aut filiam *α* gradu — certe *om. A* gradu] *edd.*, gradus *H*, grad̄ *B* 9 certe *om. edd.* iunxit *H* pene *AB* 13 chlotueus] *HA*, clodoueus *B* 14 superstes] *edd.*, superestetis *H*, superstitis *AB* fratris] *edd.*, fratri *α* ascendat] praesumat ascendere *Sur. Sirm.* ne] neve *edd.* quisquam *edd.* 15 fecerint *edd.* epaunensis *AB* Epaonensibus canonibus *edd.* 16 incestis] *edd.*, incesti *α* coniuntionibus *A* 17 adulterio *H* 18 coniugii] *edd.*, coniugio *α* praevelandos] *Sirm.*, prevalendos *α*, praedicandos *Crab. Sur.* dinumerasti *B*, vel nominare *Sirm.* 19 hos] *edd.*, hoc *α* pene *A*, poene *B* 20 coniuntione *A* frater] insuper *edd.* 21 et sicut] quod ut *edd.* 22 ne] si *Sirm.* 24 coniuntio *A* 25 canonibus etiam Arvernensibus *edd.* 26 consobrinamve *Crab. Sur. om. v.* subrinamve vel relictam *Sirm.* idem] *α*, id est *Crab. Sur.*, *om. Sirm.* atque] vel *edd.* 27 crediderit consortio] macula crediderit *Crab. Sur.* violandam] *edd.*, violandum *α* sacrelege] *B*, sagrelege HA^a, sagrelego A^b, ausu sacrilego *edd.* 28 ac iura] *edd.*, acture *α* perruperit] *Sur. Sirm.*, preruperit *α* ac] *edd.*, at *α* *add.* pii *ante* affectus *edd.* solatio (*pro* solatium)] *α*, solatia *edd.* 29 *add.* suorum hostis ac *ante* pudicitiae *edd.* expugnator vim] *edd.*, expugnatorum *α* 30 vel ecclesie matris] et ecclesiae *edd.*

1) *c. 3 Th. C. de incestis nuptiis III, 12, Interp.; iunge Freisen, Gesch. d. canon. Eherechts p. 378.* 2) *c. 4 Th. C. eod., Interp.* 3) *Conc. Aurel. a. 511. c. 18.* 4) *Can. 30.* 5) *Conc. Arvern. a. 535. c. 12.*

communione privabitur. — Nos hoc, quod patres nostri statuerunt, in omnibus roboramus, quia praecepto Domini apostolo praedicante docemur, ut a nobis filii nostri severitate potius corrigantur, quam ignava tepiditate ad perpetranda graviora laxentur, ut ait: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate et spiritu mansuetudinis? Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, quales nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu iam iudicavi ut presens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis et meo spiritu cum virtute Domini nostri Iesu Christi eum, qui talis est, tradere satane in interitu carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Iesu Christi.* Ergo quia dixit apostolus: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi,* non nos presumptiosos exestimet homo, si sequentes apostolum quemquam ab ecclesia segregamus, donec reminiscatur et revertatur ad vitam, quam per Dominum nostrum Iesum Christum et baptismum meruit habere perpetuam, ne non peccato faciente nec diabulo persuadente perdat et baptismi gratiam et vitam aeternam. 1. Cor. 4, 21 – 5, 5. 1. Cor. 11, 1.

XXIII. (XXII.) Enimvero quoniam cognovimus nonnullus inveniri sequipedas erroris antiqui, qui kalendas Ianuarii colunt, cum Ianus homo gentilis fuerit, rex quidem, sed esse Deus non potuit: quisquis ergo unum Deum Patrem regnantem cum Filio et Spiritu sancto credit, non potest integer Christianus dici, qui super hoc aliqua de gentilitate custodit. Sunt etiam qui in festivitate cathedrae domni Petri[1] intrita mortuis offerunt et post missas redeuntes ad domus proprias ad gentilium revertuntur errores et post corpus Domini sacratas daemoni escas accipiunt[2]. Contestamur illam sollicitudinem tam pastores quam presbiteros gerere, ut, quoscumque in hac fatuitate persistere viderint vel ad nescio quas petras aut arbores aut ad fontes, designata loca gentilium, perpetrare, quae ad ecclesiae rationem non pertinent, eos ab ecclesia sancta auctoritate reppellant nec participare sancto altario permittant, qui gentilium observationes custodiunt. Quid enim daemonibus cum Christo commune, cum magis sumenda iudicium delicta videantur addere, non purgare.

XXIIII. (XXIII.) Et licet libros Ambrosianos[3] habeamus in canone[4], tamen quoniam reliquorum sunt aliqui, qui digni sunt forma cantare, volumus libenter amplectere

1 in omnibus] hominibus *B* 3 ut] ubi *edd.* 4 in virga — spiritu] *edd.*, in caritatem veniam ad vos an in spiritu *α* 5 et talis fornicatio] *edd.*, *om. α* 6 sui] *edd.*, *om. α* 7 opus hoc fecerit *Sirm.* 8 *add.* me scire *post* iudicavi *α* 9 congregatis — christi *(v. 9) om. B, usque ad* christi *(v. 11) om. Sirm.* et] in *Sur.* christi *om. Crab. Sur.* 10 eum qui talis est tradere] tradere huiusmodi hominem *Crab. Sur.* 11 estote] *edd.*, *om. α* 12 presumptiosos *om. B* quemquam] *edd.*, quequam *α* ecclesiam *B* 13 nostrum *om. Sirm.* 14 ne non] *H*, nam non *α*, ne iam *edd.* nec] *α*, aut *Crab.*, ac *Sur. Sirm.*

16 nonnullos *B* 17 ianuarias *B* 18 patrem *om. HB* 19 christianos *A* qui] quia *Crab. Sur.* super hoc *collocatur ante* non potest *α*, *ibidem pro* super hoc *scribunt* certe hic *edd.* 20 chatedrae *B* Petri apostoli *edd.* intrita *correximus*, in trinitas *α*, cibos *edd., Crab. Sur. in marg.:* victimas 21 revertentur *B* 23 presbiteros *scripsimus*, prbis *HA*, bresbiteris *B* quoscumque *correximus*, quocumque *α*, quemcumque *edd.* 24 loca *om. B* 25 perpetrare] *edd.*, *om. α* 27 magis] H^b, magnis H^aAB sumendo *Sur. Sirm.* 28 *ad v.* iudicium *Crab. in marg.:* cibum videantur *scripsimus*, videatur *α* non] quam *edd.*

29 et *om. Sur. Sirm.* libros] hymnos *edd.* 30 amplectere] *HA*, amplecti *B*, et amplecti eos *Crab.*, amplecti eos *Sur. Sirm.*

1) *Cf. Duchesne p. 267, n. 4.* 2) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 15.* 3) *Cf. Mabillon, De liturg. Gall. p. 7 sq.; p. 423.* 4) *Thom. P. I, l. 3, c. 8, num. 7.*

praeterea, quorum auctorum nomina fuerint in limine prenotata; quoniam, quae fide constiterint, dicendi ratione non obstant.

XXV. (XXIV.) Illud quoque, quamquam priorum canonum sit auctoritate prefixum, quod, dum inter se saeviunt domni nostri ac malorum hominum stimulo concitantur et alter alterius res rapida cupiditate pervadit, non ista caduca actionem, qua inter sese agunt, ecclesiastica rura contingere aut contaminare praesumant, inviolabiliter observandum censemus: ut, quicumque tam ecclesiae quam episcopi res proprias, quae et ipse ecclesie esse noscuntur, quas pontifex actoribus ecclesiae dinoscitur assignasse, vel abbatum aut monasteriorum sive presbyterorum quaqua temeritatem pervadere, competere vel confiscare praesumpserit, tunc, reservato correctionis hoc loco adhuc, presbitero eiusdem ecclesiae, cuius interest, pervasorem convenit admonere et, si restitutionem distulerit, adhuc quasi filios ab omnibus fratribus ad reddendum missis epistulis compellatur[1]. Qui si pertinaciter in pervasione persteterit et se tollere post tertiam communicionem de reicola aut ecclesiae aut propria noluerit, conveniant omnis omnino una coniventia simul cum nostris abbatibus ac presbyteris vel clero, qui stipendiis ex ipso alimento pascuntur, et, quia arma nobis non sunt altera, auxiliante Christo circumsepto clericali choro necaturi pauperum, qui res pervadit ecclesiae, psalmos CVIII. dicatur, ut veniat super eum illa maledictio, quae super Iudam venit, qui, dum loculos faceret, subtrahebat pauperum alimenta; ut non solum excommunis, sed etiam anathema moriatur et coelesti gladio feriatur[2], qui in dispectu Dei et ecclesiae et pontificum in hac perversionem praesumit assurgere[3]. Illud etiam annecti placuit, ut, qui de fratribus ad dandum solatium venire pro certa infirmitatis necessitate non potuerit, abbates et presbyteros in vice sua transmittat. Qui si preter certam infirmitatis excusationem commonitus aut venire aut transmittere noluerit, remotum se a fratrum caritate esse cognuscat. Nam, quod quidem non credimus, si quis contra decreta nostra tali temeratori communicare praesumpserit, in se causam excommunicationis transformet et cum eodem se a caritate omnium sacerdotum cognoscat esse remotum.

XXVI. (XXV.) Placet itaque ac omnibus nobis convenit observare, ut, quia nonnulli memores sui per quaslibet scripturas pro captu animi de facultatibus suis ecclesiis quid contulisse probantur, quod a diversis Deum minus timentibus eatenus mortifera calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis perteneat ad ruinam nec intueri corde pos-

1 auctorum nomina fuerint (non fuerint *Sur.*) — non obstant] *cum Sur. Sirm.*, actorum nomina fuerint (non fuerint *Crab.*) in lumine (limine *Crab.*) pernotata (praenotata *Crab.*) quoniam qui (quae *Crab.*) fidem constituerint (constituerunt *Crab.*) dicendi rationem (ratione *AB*, rationi *Crab.*) non obstent (obstant *Crab.*) α *Crab.*

3 priori *Crab.* priorum canonum] *Sur. Sirm.*, priora canonica α 4 inter] *Sur. Sirm.*, intra α 5 non] ne *edd.* qua] *edd.*, que α se *edd.* 6 aguntur *edd.* observandam *H* 7 res] *edd.*, si α 10 hoc *om. Sirm.* presbitero *scripsimus,* p̄rbit *H,* p̄rbt *A*, presbiter *B*, presbyter *Crab. Sur.*, a presbytero *Sirm.* 11 admoneri *Sirm.* 12 distullerit *B* epistulis *scripsimus,* epistulas α 13 qui] qua *B,* quod *Sirm.* pervassione *B* 14 reicola] re illa *edd.* conveniant *correximus,* convenit α, convenit ut *Sur. Sirm.* 16 et *addidimus* altera] alia *edd.* 17 centesimus octavus *A* 18 quae] *edd.*, qui α 19 excommunicatus *Sur. Sirm.*, excommunicationis *Crab.* anathematizatus *Sur. Sirm.* 20 caelesti *A*, celesti *B* et *ante* ecclesiae *om. B* 21 perversionem] *H*, perversione *AB*, pervasione *edd.* 23 si] *edd.*, se α certam infirmitatis] *edd.*, certamen firmitatis α 24 esset *H* 25 nam quod — remotum] *Sur. Sirm., om.* α.

28 ac omnibus] a communibus *B* nobis] modis *Sirm.* 30 quid *correximus,* qui α, aliquid *Sur. Sirm., om. Crab.* a] *Sur. Sirm., om.* α 31 tenetur] *edd.*, testetur α ut] *edd.*, ne α illis] *Sur. Sirm.*, illi α possint] *Sur. Sirm.*, possunt α

1) *Cf. Hinschius IV, 842, n. 4.* 2) *Cf. Hinschius IV, 800, n. 6.* 3) *Cf. conc. Aurel a. 549. c. 13.*

sint diem iudicii, dum nimiae cupiditatis delectantur ardore: quicumque ergo immemor interitus sui res ecclesiis, ut supra diximus, delegatas iniuste possedens praesumpserit retinere et veritate comperta res Dei servis suis dissimulaverit reformare, ab omnibus ecclesiis segregatus a sancta communione habeatur extraneus nec alium mereatur habere remedium, nisi cum culpam propriam rerum emendatione purgaverit. Indigne enim ad altare Domini properare permittitur, qui res ecclesiasticas et audet rapere et iniuste possedere iniqua defensione perdurat; necatores enim pauperum iudicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet esse provisio, ut vindictam admonitio manifesta praecedat, ut res usurpatas iniuste quis tulerit adhibeta aequitate restituat. Quod si neglexerit et necessitas compulerit, postea praedonem sacerdotalis districtio maturata percellat. Neque quisquam per interregna res Dei defensare nitatur, quia Dei potentiam cunctorum regnorum terminos singulare dominatione concludet[1].

XXVII. (XXVI.) Ut iudices aut potentes, qui pauperes oppremunt, si commoniti a pontifice suo se non emendaverint, excommunicentur[2].

XXVIII. (XXVII.) Nullus episcoporum de ordinationibus clericorum praemia praesumat exigere, quia non solum sacrilegum, sed hereticum est. Sicut in dogmatibus ecclesiasticis habetur insertum[3], non ordinandum clericum, qui per ambitionem ad imaginem Simonis magi pecuniam offert sacerdoti. Et quia dixit: *Gratis accepistis, gratis date.* Cum talis sit, qui gratiam Dei a sacerdote estimat pretio comparari, quales illi, qui vendit. Uterque usque ad sinodum ab ecclesia segregetur; cauta enim est in salute provisio ad effugienda culpa delicti aditum delinquendi repelli. Matth. 10, 8.

Notavi sub die XV. kalendas Decembris, anno VI. regni domini nostri Chariberthi gloriosissimi regis.

Pretextatus acsi peccator in Christi nomine episcopus ecclesiae Rotomagensis hunc consensum nostrum secundum patrum consensi statuta, relegi et subscripsi sub die XV. kalendas Decembris, Toronus.

Germanus[4] peccator consensi et subscripsi.

Felix[5] peccator consensi et subscripsi.

Chaletricus[6] peccator consensi et subscripsi.

1 quicum *HA* 2 iniuste] ut iuste *B* 3 suis] eius *Sur. Sirm.* 4 aliud *edd.* 5 cum *om. B* 7 *add.* ac in *ante* iniqua *Crab.* 8 vindictam] *edd.*, indicta *α* 9 si iniuste *Crab.* quis] qui *edd.* tullerit H^b, abstulit *edd.* 11 percellat] *B*, procellat *HA* 12 potentia *B*.

15 se] si *HB* emendaverunt *B*.

17 sed et *edd.* 18 non] ad *edd.* qui *om. edd.* 19 offerre *Sur. Sirm.* sacerdoti] *edd.*, sacerdotem *α* et quia dixit] quia dicitur *edd.* 20 cum *addidimus ante* talis, et cum *add. edd.* aestimat *AB* 21 uterque] *edd.*, utrumque *α* cauta — repelli *collocavimus in fine canonis cum Sur. Sirm., in initio canonis legitur α et ap. Sur., qui haec verba bis habet* 22 delictae *H* delinqui H^a repellere *edd.*

23 *verbis* notavi — regis *Sirm. haec praemittit:* Eufronius Turonicae civitatis episcopus has constitutiones nostras relegi et subscripsi.

1) *In interpretatione huius loci Rothio (Gesch. d. Beneficialwesens, p. 316), quem quidem Waitzius (Deutsche Verfassungsgesch. II, 631) impugnat, adsentimur; cf. Loening II, 689, n. 1, ubi Waitzii sententia refellitur.* 2) *Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 87, num. 2; Loening II, 269, n. 1; 452, n. 6.* 3) *Gennadii Definitio dogmatum ecclesiasticorum (ed. Arevalus in S. Isidori Hispal. ep. Operum T. VII, Append. col. 320 sq.) c. 72.* 4) *ep. Parisiensis.* 5) *ep. Nannetensis.* 6) *ep. Carnotensis.*

Domitianus[1] peccator consensi et subscripsi.
Uicturius[2] peccator consensi et subscripsi.
Domnulus[3] peccator subscripsi.
Leudobaudis[4] peccator subscripsi.

3 subscripsi] consensi et subscripsi *B*.

1) *ep. Andegavensis.* 2) *ep. Redonensis.* 3) *ep. Cenomanensis.* 4) *ep. Sagiensis.*

EPISTULA EPISCOPORUM PROVINCIAE TURONENSIS AD PLEBEM.

c. a. 567.

Invenitur haec epistula eaque mutila in codicibus Parisiensibus Lat. 1458 (fol. 84), 1454 (fol. 241), 3842 A (fol. 188), quorum primum (nobis O) et secundum (nobis G) contulimus, tertium, quippe qui ad verbum cum secundo consentiat, relinquentes.

In codice G desideratur inscriptio, in codice O sic legitur: Incipit epistula episcoporum missa ad plebem.

Primus et quidem alio ex fonte integram hanc epistulam edidit Sirmondus in collectione sua conciliorum I, 343.

Tractatum hunc quattuor ex episcopis emiserunt, qui concilio Turonensi subscripserunt; quare non dubitamus eum cum Sirmondo aetati illius concilii attribuere.

Pontificalis est ordinis ad suam sollicitudinem infatigabiliter revocare, quidquid ad correctionem populorum, immo magis filiorum spiritalium, quantum est fas intellegere, cognoverit pertinere, et non, quod absit, cum suo periculo alienae spei per suam neglegentiam facere detrimentum, si, quod ad generalis salutis spectat conpendium, sedulo necesse est providere tractatu. Denique pastor et cum lupo videtur conniventiam facere, si permittit rapere, cum possit obstare, praesertim cum sermone prophetico animae commissae plebis requirantur ad singula de manibus sacerdotes. Unde quantae culpae teneatur reatu dominante subiectus, qui cessat alicui poculum sanitatis porrigere, quod, cum non dedit alteri, se facit extingui et in se vindictam videtur excipere, de qua crimen alter admisit, cum vix quisquam sufficiat sua flendo facta purgare? Sed ne

19 quicquid *G* 21 per suam] *Sirm.*, personam *OG* 22 si] *Sirm.*, sed *OG* spectat] *Sirm.*, expectat *OG* 23 et *om. Sirm.* conniventiam] *Sirm.*, conlibentiam *OG* 24 abstare *G* 26 poculum] *Sirm.*, populum *OG* 27 cum] *Sirm.*, *om. OG* dedit] dederit *Sirm.* 28 vix] *Sirm.*, vir *OG* quisquam *correximus*, quisque aut *OG*, quisque *Sirm.*

alieni facinoris teneamur adstricti, ecce oris nostri bucina ad aures omnium personamus neque se deinceps excusabit non monitum, qui quid sequi debeat tam verbis quam litteris edocetur. Sed sicut nos incessabiliter dicere, ita vos decet libenter audire, ut nec nos semen in spinosa segetem videamur effundere nec vos patiamini sterelis agri culpa dampnare. Sed commune sit gaudium, quod a nobis panditur et a vobis impletur, ut, cum Dominus universae messis advenerit, et terra de fecunditate et mereatur agricola gloriari de fruge. Itaque, filii karissimi, qui estis partus divinae gratiae, beatae fructus ecclesiae, regeneratio baptismi, possessio caeli, membra Christi, redhibitio regni, vestra palma, nobis corona, salubri admonitione opportunum duximus admonere, quoniam peccatorum nostrorum in praecipiti mole crescente videtur cladis gravissimae necessitas imminere nec alibi refugium invenire, nisi ad illius praecepta recurrere, qui vitam nostram sua morte voluit reparare, ut, si qui ex vobis sunt in sponsali pactione divincti nec adhuc in matrimonii foedere cupulati, nuptiarum suarum etsi definitum iam tempus sit, licit apostolo vota nuptialia permittente, nos tamen consilium dantes hortamur, ut iusto moderamine debeant ad praesens differre, duplici conditione compulsi, ut aut ira Domini per castimoniam corporis et sinceritatem cordis oratione assidua valeat mitigari et, cum tranquillitas obtinere meruerit, tunc sine suspicione interitus possint vota celebrari festiva, aut certe, si hoc ille de nobis placuerit qui condidit, ut quoscumque iusserit de corpore cogantur migrare, vel sit iustae consolationis cautela, ut anima de saeculo non abripiatur immunda nec gravior esse incipiat mors futura, quam erat praesenti de funere, si postmodum pro crimine non poena saeviret; nam istud admitteretur facillime, si nos post casum requies invitaret.

Illud vero instantissime commonemus, ut Abrahae documenta sequentes decimas ex omni facultate non pigeat Deo pro reliquis, quae possidetis, conservandis offerre, ne sibi ipse inopiam generet, qui parva non tribuit, ut plura retentet. Et quod dicendum est verius, suum persolvat pretium, ne se trahi videat peccato dominante captivum, quia certe ulterius mercatorem suae ereptionis non invenit, qui hic redemptori resistit, cuius vox satis intonat dicens: *Eleemosyna extinguit peccatum;* item: *Date eleemosynam et omnia vobis munda erunt.* Quare autem illi de suis non offeras, quod, cum dare videris, non amittas? Faciat se unusquisque de rebus alienis gratuitum, ne, cum nihil habeat proprium, nec alium praeparet inimicum. Ergo si quis in Abrahae conlocari vult gremio, eiusdem non repugnet exemplo et solvat eleemosynae pretium, quisquis optat regnare cum Christo[1].

Eccl. 3, 33. Luc. 11, 41.

Illud etiam repetita voce monentes hortamur, ut, si quis alterius caritatis offen-

1 alieni] *Sirm.*, aliena *OG* horis *G* 2 excusavit *G* qui quid *scripsimus*, quicquid *OG*, qui quod *Sirm.* 3 dicere] *Sirm.*, *om. OG* decet] docet *G* 4 segite *G* vos *om. G* 6 mensis *O* agricolas *G* 7 partus] *Sirm.*, partis *OG* 8 redhibitio] *Sirm.*, requibitio *OG* 9 vestra] *Sirm.*, vestrae *OG* diximus *O* 10 claudis *O* 11 nec] *Sirm.*, *om. OG* alibi] *O*, alium *G* 12 devincti *G* 13 copulati *G* 14 apostolo vota] *Sirm.*, ā post holochaustae (h-stam) *OG* 15 differre] *Sirm.*, deferre *OG* 16 iram *G* assidua *scripsimus*, assiduas *OG* 17 mitigari] *Sirm.*, mittere *OG* 18 *inde a vv.* placuerit qui condidit *usque ad vv.* reliquos perdere *(p. sq. v. 10) a codicibus nostris deserimur; textus omissi loco habent haec:* Item de eos (eo *G*) quoque, qui de *(om. G)* ecclesiis ad aliis (alias *G*) ecclesiis (ecclesias *G*) migraverint, tamdiu a communione habeantur alieni, quamdiu ad easdem redierint civitatis, in quibus primitus sunt instituti. *(Canones eiusdem vel similis argumenti in antiquis conciliis saepe inveniuntur.) Reddidimus igitur deficientibus codicibus textum illum, quem Sirmondus ex libro manu scripto nobis ignoto in lucem protulit.*

1) *Cf. Thom. P. III, l. 1, c. 6, num. 1.*

sam, quod absit, incurrit, odium vice mutua relaxantes in amplexu verae concordiae festinent iam celerrime convenire. Quid enim in vacuum dimitti sibi peccatum desiderat, qui inimici delicta dimittere non exoptat, cum prima sit eleemosyna non quaerere de peccante vindictam, sed contra reddere beneficia pro querela?

Et licet superius dictum sit ad exemplum Abrahae decimas offerri debere, attamen propter cladem, quae imminet, hortamur, ut etiam unusquisque de suis mancipiis decimas persolvere non recuset[1], quia dicitur in illa infirmitate ad divisionem nescio quam venire personas, quasi novem auferat, decimam ut relinquat. Unde satis congruet cum mercede animae unum solvere, ut novem non possit amittere, quam cum peccati crimine et reliquos perdere et, quem dare noluit, non habere. Quod si mancipia non sint et fuerint aliqui habentes binos aut ternos filius, per unumquemque singulos tremissis in episcopi manu contradat aut, quem suo loco pontifex elegerit, adsignare non dilatet, quod possit in captivorum redemptione conferre, ut, cum sic agitur, et presentes irae remotio et mercis proficiat in futuro[2].

Si qui vero incesta se coniunctione visi sunt copulasse, in quantum ratio admittit, hortamur etiam et pro salute vestra rogamus, ut iuxta canonum statuta usque ad maiorem synodum separentur, ne, si voluntate implere distulerint, caelesti, quod absit, facere incipiant ultionem.

Quae congrua monita, sicut decet, ab spiritalibus filiis admonemus in omnibus recipi salubriter et impleri; quatenus, qui ad bonum opus mentes devotae respicit, ipse, quod rogatur, repenset.

In Christi nomine Eufronius episcopus[3] plurimum saluto.
In Christi nomine Domicianus episcopus[4] plurimum saluto.
In Christi nomine Felix episcopus[5] plurimum saluto.
In Christi nomine Domnolus episcopus[6] plurimum saluto.

10 quem dare] *Sirm.*, quamdiu *OG* habere] *Sirm.*, haberet *OG* 11 singulos] *Sirm.*, singulis *OG* 12 suo *om. O* 13 ut] aut *G* 14 *add.* et *post* irae *OG* 15 incestam *G* 17 maiorem] *Sirm.*, maiorum *OG* ne si] *Sirm.*, nisi *OG* 18 incipiat *G* 22 *Eufronii subscriptionem praebet Sirm., desideratur OG* 24 *Felicis subscriptio antecedit subscriptionem Domiciani ap. Sirm., desideratur G* 25 domnolus *cum Sirm. scripsimus,* nolus *OG.*

1) *Cf. Thom. P. III, l. 1, c. 6, num. 2; Loening II, 677, n. 1.* 2) *Cf. Thom. P. III, l. 1, c. 6, num. 3; Loening II, 677, n. 2.* 3) *Turonensis.* 4) *Andegavensis.* 5) *Nannetensis.* 6) *Cenomanensis.*

CONCILIUM LUGDUNENSE*.

567. aut 570.

Integros canones cum subscriptionibus episcoporum et vicariorum primus edidit Surius in collectione sua II, 677; ex quo autem fonte hauserit, nescimus. Haec synodus neque in collectionibus conciliorum manu scriptis, quae Sirmondo praesto erant, exstitit neque in iis, quas nos examinavimus, reperitur. In collectione a deperdito quodam codice Andegavensi appellata (cf. Maassen, Quellen I, 821 sq.), quae capitula singula secundum uniuscuiusque argumentum disponit, cc. 2. 3. 5. 6 dispersim exhibentur. Cum autem lectiones variae codicum Vindobonensis 2171 fol. 15'. 22'. 15. 13', Sangallensis 675 p. 81. 124. 78. 68, Phillippsii 1763, nunc Berolinensis, fol. 27. 43. 26. 21', quos contulimus, aut vitiosae sint, aut non nisi ad orthographiam spectent, eas relinquentes editionem Surianam sine ulla verborum mutatione repetimus.

Inscribitur concilium apud Surium his verbis: Synodus habita in civitate Lugdunensi, anno VI. regni gloriosissimi Guntramni regis, indictione tertia.

In his indicationibus annus VI. Guntramni regis anno 567, indictio vero III. anno 570. respondet. Sirmondus, ut hanc discrepantiam tolleret, ex coniectura correxit numerum indictionis. Nos vero, cum differentia inter dictas computationes non unius sed trium annorum sit, in incerto relinquere statuimus, utrum annus regni, an numerus indictionis corrigendus sit.

De hoc concilio etiam Gregorius Turon. H. Fr. V, 20 mentionem facere videtur, ubi flagitiis, quae a duobus episcopis Salunio Ebredunensi et Sagittario Vapincensi admissa erant, commemoratis sic pergit: Quod cum rex Guntchramnus comperisset, congregari synodum apud urbem Lugdunensim iussit. Coniunctique episcopi cum patriarcha Nicetio beato discussis causis invenerunt eos de his sceleribus quibus accusabantur valde convictos praeceperuntque, ut, qui talia commiserant, episcopatus honore privarentur[1].

Cum in nomine Domini in Lugdunensi urbe ad synodale concilium venissemus tam pro renovandis sanctorum patrum institutis, quae praesentis temporis necessario fecit opportunitas iterari, quam his, quae assurgentibus undecunque querelarum materiis recentis definitionis ordo poposcit institui, tractantes, quid saluti populi utilius competeret vel quid ecclesiasticus ordo salubriter observaret:

I. Primo in loco unitatem sacerdotum, quam et Dominus diligit et scriptura commendat et concordia charitatis exposcit, convenit ab omnibus custodiri; ita ut in omni tractatu vel definitione uno spiritu, una sententia sacerdotum constantia perseveret. Et si quid inter fratres, id est coepiscopos nostros, contentionis ortum fuerit, si de una

*) *Haec synodus a Surio* Concilium Lugdunense I, *a Sirmondo et posterioribus editoribus* Concilium Lugdunense II. *insignitur.*

1) *SS. Rer. Merov. I, 217.*

provincia sunt, metropolitani cum comprovincialibus suis iudicio sint contenti; si vero diversae provinciae duo fuerint sacerdotes, inter quos aliqua disceptatio oriatur, convenientibus in unum metropolitanis ipsorum omnis eorum actio illorum iudicio terminetur, ita ut, si unus ex episcopis ab alio episcopo aut a quacunque persona inique fuerit aggravatus, communi fratrum studio cum Dei solatio defensetur[1]. Quod si quis se ab hac conditione quacunque calliditate subtraxerit, tribus mensibus se a charitate fratrum noverit esse sequestratum.

II. Secundo loco, quia multae tergiversationes infidelium ecclesiam quaerunt collatis privare donariis, id convenit inviolabiliter observari, ut testamenta, quae episcopi, presbyteri seu inferioris ordinis clerici vel donationes aut quaecunque instrumenta propria voluntate confecerint, quibus aliquid ecclesiae aut quibuscunque conferre videantur, omni stabilitate subsistant; id specialiter statuentes, ut, etiamsi quorumcunque religiosorum voluntas aut necessitate aut simplicitate aliquid a legum secularium ordine visa fuerit discrepare, voluntas tamen defunctorum debeat inconcussa manere et in omnibus Deo propicio custodiri. De quibus rebus si quis animae suae contemptor aliquid alienare praesumpserit, usque ad emendationis suae vel restitutionis rei ablatae tempus a consortio ecclesiastico vel omnium Christianorum convivio habeatur alienus[2].

III. Et quia peccatis facientibus multi in perniciem animae suae ita conati sunt aut conantur assurgere, ut animas longa temporis quiete sine ulla status sui competitione viventes nunc improba proditione atque traditione aut captivaverint aut captivare conentur, si iuxta praeceptum domini regis emendare distulerint, quousque hos, quos abduxerunt, in loco, in quo longum tempus quiete vixerunt, restaurare debeant, ecclesiae communione priventur[3].

IV. Illud etiam, quod sancti patres salubriter ordinarunt, placuit iterari, ut, si quicunque episcopus pro reatu aliquo quenquam a communione suspenderit, apud omnes sacerdotes eatenus a communione habeatur alienus usquequo eius iudicio debeat recipi, a quo meruerat pro reatu suo a charitate ecclesiastica sequestrari[4].

V. Et quia multa sunt ecclesiae membra, quae diverso genere pro vitae suae qualitate vel discretione sacerdotali aut oblectari convenit aut distringi, illud censuimus statuendum, ut, quascunque munificentias clericis aut servientibus sive de rebus ecclesiae in usum aut de propriis in proprietatem praecedentes dederint sacerdotes, subsequentes pontifices nullatenus auferre praesumant[5]. Si quid tamen culpae extiterit, pro qualitate personarum vel regula canonum praecedentium in persona habeatur, non in facultate districtio[6].

VI. Placuit etiam universis fratribus, ut in prima hebdomada noni mensis, hoc est ante diem Dominicam, quae prima in ipso mense illuxerit, litaniae, sicut ante ascensionem Domini sancti patres fieri decreverunt, deinceps ab omnibus ecclesiis seu parochiis celebrentur.

Subscriptiones episcoporum.

Philippus in Christi nomine episcopus ecclesiae Uiennensis constitutionibus nostris subscripsi.

Nicetius in Christi nomine episcopus ecclesiae Lugdunensis constitutionibus nostris subscripsi.

1) *Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 105, num. 7; Loening II, 82, n. 1.* 2) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 13; Thom. P. III, l. 1, c. 21, num. 2; l. 2, c. 41, num. 3; Loening II, 454, n. 1.* 3) *Cf. Waitz, Deutsche Verfassungsgesch. II, 398, n. 2; Loening II, 452, n. 6; Hinschius IV, 831, n. 1.* 4) *Cf. conc. Turon. a. 567. c. 8; Loening II, 466, n. 5; Hinschius IV, 801, n. 5.* 5) *Cf. contra conc. Aurel. a. 541. c. 35. 36.* 6) *Cf. Thom. P. III, l. 2, c. 16, num. 14; Hinschius IV, 836, n. 3.*

Agricola in Christi nomine episcopus ecclesiae Cabilonensis constitutionibus nostris subscripsi.

Uincentius in Christi nomine episcopus ecclesiae Belisensis constitutionibus nostris subscripsi.

Siagrius in Christi nomine episcopus ecclesiae Heduorum constitutionibus nostris subscripsi.

Aeoladius in Christi nomine episcopus ecclesiae Niuernensis subscripsi.

Salonius in Christi nomine episcopus ecclesiae Genauensis subscripsi.

Caelodonius in Christi nomine episcopus ecclesiae Matescensis subscripsi.

Ualesius presbyter directus a domino meo Siagrio episcopo ecclesiae Gratianopolitanae subscripsi.

Uincentius presbyter directus a domino meo Lucretio episcopo ecclesiae Diensis subscripsi.

Eusebius presbyter directus a domino meo Uictore episcopo ecclesiae Tricassinorum subscripsi.

Piolus presbyter directus a domino meo Tetreco episcopo ecclesiae Lingonicae subscripsi.

Caesarius presbyter directus a domino meo Tetradio episcopo ecclesiae Uisoncensis subscripsi.

Astemius diaconus directus a domino meo Maximo episcopo ecclesiae Ualentine subscripsi.

CONCILIUM PARISIENSE*.

556—573.

Collati sunt codices Berolinensis 435 (nobis H) fol. 171, cuius etiam orthographiam plerumque servavimus, Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 180, Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 122', qui tres libri, ubi inter se consentiunt, a nobis littera α designantur, Parisiensis Lat. 1458 (nobis O) fol. 48', Parisiensis Lat. 1454 (nobis G) fol. 232'; in quibus omnibus haec inscriptio legitur: Incipiunt canones Parisiaci.

Adferunt concilium in collectionibus suis Crabbius II, 74, Surius II, 648, Sirmondus I, 313.

Ad concilii huius aetatem definiendam momentum faciunt haec: primo, quod Eufronius metropolitanus Turonensis, qui concilio adfuit, sedem suam adeptus est a. 556[1]*, deinde, quod Probianus metropolitanus Bituricensis, qui nostro subscripsit concilio, tempore concilii Parisiensis a. 573. habiti iam mortuus erat, id quod ex eo patet, quod inter episcopos, qui huic concilio subscripserunt, successor eius Felix invenitur. Quae vero de tempore, quo ceteri, qui concilio nostro interfuerunt, episcopatum gesserint, explorata sunt, nullum argumentum praebent ad restringendum temporis spatium, intra quod synodum celebratam esse pro certo habere licet. Nam ne Paternum quidem episcopum Abrincensem, ut aliqui disputant*[2]*, iam a. 563. mortuum esse certis rationibus constat. Silentio denique nolumus praeterire concilii Turonensis a. 567. hab. canonem XXV. (XXVI.) cum nostri concilii canone I. in prima eius parte ad verbum consentire; cum*

*) *Haec synodus a Crabbio et Surio* Concilium Parisiense I, *a Sirmondo et posterioribus* Concilium Parisiense III. *insignitur.*

1) *Duchesne, Les anciens catalogues épiscopaux de la province de Tours p. 26.* 2) *Cf. Cointius, Annales ecclesiastici Francorum T. I, p. 829.*

autem non liqueat, utra synodus utrius fons fuerit, ex ea re ad determinandum tempus synodi certi nihil colligitur.

Admonet pontifices temporum qualitas et inprobe necessitates praecavenda conditio, ut non solum rerum praesentium, sed et futurorum quoque utilitas congrua provisione tractetur, quatenus, quos custodiae ordinatio ac pro amore divino solicitudinis cura constringit, et praevidisse sequentia et oportune eis vigilasse probentur. Et quia sibi sacerdotes in hoc maxime consolunt, si importunorum voluntatibus obviasse noscuntur, coniuncti in unum Christo opitulante Parisius pro utilitatibus ecclesiarum, unde non leviter rationem sumus quandoquidem reddituri, in quantum divina pietas virtutem dare dignata est, temptavimus salubri consultatione prospicere, ne, dum periculosa abusione ordinatio superna neglegitur, in nobis aliorum crimina vindicentur.

I. Itaque placet ac omnibus nobis convenit observari, ut, quia nonnulli memores sui per quaslibet scripturas pro capto animi de facultatibus suis ecclesiis aliquid contullisse probantur, quod a diversis Deum minus timentibus eatenus mortifera calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam nec intueri corde possint diem iudicii, dum nimiae cupiditatis delectantur ardorem: quicumque ergo immemor interitus sui res ecclesiae, ut supra diximus, delegatas iniuste possidens praesumpserit retenere et veritate comperta res Dei servis suis dissimulaverit reformare, ab omnibus ecclesiis segregatus a sancta communione habeatur extraneus nec alium mereatur habere remedium, nisi culpa propria rerum emendatione purgaverit[1]. Indigne enim ad altare Domini properare permittitur, qui res ecclesiasticas et audit rapere et iniuste possidere iniqua defensione perdurat; necatores enim pauperum iudicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet esse provisio, uti vindictam admonitio manifesta praecedat, ut res usurpatas iniuste quis tullit adhibeta aequitate restituat. Quod si neglexerit et necessitas compulerit, postea praedonem sacerdotalis districtio maturata percellat. Neque quisquam per interregna res Dei defensare nitatur, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari dominatione concludit[2]. Quod si presumserit, et ipsius offensam et praedictae damnationis periculum sustinebit. Competitoribus etiam huiusmodi frenus districtionis imponimus, qui facultates ecclesiae sub specie largitatis regiae improba subreptione pervaserint; sera namque de his rebus penitudinem commovemur, cum iam ante actis temporibus contra huius-

3 necessitatis *codd. praeter H* 4 utilitatis *G* 5 quos] quas *G* ac] hac *OG* sollicitudinis *BOG* 6 oportune *scripsimus,* oportuna *codd.,* opportune *edd.* eis *om. Sur. Sirm.* 7 consulunt H^bOG nuscuntur O^a, nascuntur O^b, nascantur *G*, noscantur *Sur. Sirm.* 8 non] et *OG* 9 quandoque *edd.* 10 temptabimus *B* consultatione *correximus,* consolatione αG, consideratione O^a, consilio O^b.

12 I *om.* α placet ac omnibus] H^b, placita comibus H^aAO, placita omnibus *BG*, placuit ac omn. *Sirm.* nobis *om. G* observare H^bBO nulli *G* immemores *B* 13 captu *BO* de] di *H* contulisse *codd. praeter H* 14 eatenus] actenus *OG* 15 tenerretur *B* ut] et α possint] poss̄ *G*, possunt α 16 cupiditatibus *H* ardore *BOG* 18 retinere H^bB, tenere *OG* ab omnibus — rerum *(v. 20) om. OG* 19 nec] *B*, ne *HA* aliud *edd.* 20 nisi cum *Sur. Sirm.* culpam propriam *B* per emendationem (e-tione) *OG* 22 ac in *add. ante* iniqua *Crab.* necatores] ne actores O^aG 23 qui — tamen *om. OG* ut *B* 24 ut si *Crab.* quis tullit] *codd.*, qui abstulit *Sur. Sirm.* 26 percellat] BO^b, precellat (praecellat) *rel.* interregna] interna *OG* 27 terminum *Crab. Sur.* 28 dampnationis *AO* 29 frenos *BOG*, frenum *Crab. Sur.* facultatibus *HA* 31 penitudine *B*, paenitudinem *AOG* acti *HAG*

1) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 13.* 2) *Cf. conc. Turon. a. 567. c. 26 (25).*

modi personas canonum suffulti praesidio se sacerdotes Domini eregere debuissent[1], uti non mansuetudo indulgentiae ad similia perpetranda improborum audaciam adhuc cotidie provocaret. Nunc tarde iniuriarum mole depressi damnis quoque dominicis compellentibus excitamur. Quod si his, qui res Dei competit, in aliis, quam ubi res agitur, maxime solet terreturiis commorari, sacerdotem loci ipsius, ubi habitat, episcopus ille huiusmodi pravitate contemptus neglecto persone litteris mox reddat instructum; tunc antestis ipse fratris ancxietate comperta aut pervasorem ammonitionem corrigat aut canonica districtione condemnet[2]. Accedit etiam, ut temporibus discordiae supra promissionem bonae memoriae domni Clodouei regis res ecclesiarum aliqui competissent[3] ipsasque res in fata conlapsi propriis haeredibus reliquissent. Placet et hos quoque, nisi res Dei admoniti a pontifice agnita veritate reddiderint, similiter a sanctae communionis participatione suspendi, quoniam res Dei, quae auctores eorum maturata morte credendae sunt peremisse, non debent filii ulterius possidere. Iniquum esse censemus, ut potius custodes cartarum, per quas aliquid ecclesiis a fidelibus personis legitur derelictum, quam defensores rerum creditarum, ut praeceptum est, iudicemur.

II. Et quia episcoporum res propriae ecclesiarum res esse noscuntur, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate crassatum, pervasores rerum memoratarum canonum districtione feriat vindicta, dum corregit; ut, qui non moribus propriis ac nulla conscientiae castigatione corripitur, saltim regulae obtundatur aculeis. Perpetuo enim anathemate feriatur, qui res ecclesiae confiscare aut conpetire aut pervadere periculosa infestatione praesumpserit.

III. Et quia exempla boni operis a pontificibus debent primum Christo opitulante procedere, nullus episcoporum res competat alienas aut, si competitas aut a se aut ab auctore suo forte quis possedit, domino proprietatis possessionem propria absque praeiudicio liberalitatis regiae integra reformatione restituat, ut, quia Deus dona reprobat iniquorum, non ad iudicium suum ecclesiae res exteras derelinquat.

2 uti non] ut in *G*, non *α*, ne *edd.* inprobum O^aG 3 *add.* sed *ante* nunc *edd.* 4 his is H^bBO^b 5 ipsius] illius B^a ille] BO^b, illi *rel.*, de *Sur. Sirm.* 6 pravatae *Crab.* contemtus *B*, contentus *O*, tentus *G* neglectu *OG* neglecta persona *edd.* 7 ipsi *HAG*, ipsius *edd.* anxietate *BOG* pervasorum O^aG ammonitione *B* 8 condempnet *O* accidit *edd.* etiam] autem *Crab.* ut] quod *B* sub permissione *Sirm., ad v.* promissionem *Crab. in marg.:* provisionem 9 domni *om. HB* chlodouei *G* *post* res *add.* invasatas *Crab.* 10 in fata *correximus,* insata *HB*, inlata A^aOG, inusata A^b, improvisa morte *edd.* heredibus *codd. praeter H* 12 quae] quas *Sur.* auctores] antecessores *Crab. Sur.* immatura *Crab.* 13 credendi O^b *Crab. Sur.*, reddentae *B* permisse *G*, permissu *B*, peremissae *Crab.* 14 ut] et *B* chartarum *OG* quos *OG* 15 iudicemur] iudicentur *G*, iudicamur *HA*, iudicamus *B*.

16 propria *HA* 17 similis *B* crudelitate] facultate *α* grassatum *BOG* pervasores] peruxores *HA*, perassores *B*, perversores *Crab.* 18 feriat] BO^b, fierat *HA*, fieret O^a, fierit *G*, feriet *Sirm.* feriantur ut dum vindicta corrigit qui non (non *om. Crab.*) moribus (motibus *Sur.*) *Crab. Sur.* corrigat *B* non *add. cum Sur. Sirm., om. codd.* ac] a O^b nullius *G* conscientiae] *BG*, conscientia *HAO* 19 saltem *BG* obtentatur *BG* 20 ecclesiae *om. Crab.*

23 episcoporum] epm αO^a, episcopus *edd.* aut a se] et assecutas *B* aut *ante* ab *add. cum edd., om. codd.* 24 auctore] antecessore *Crab. Sur.* possidet *OG* possessionem] aut *OG* propriam *B* 25 liberalitati reg. integre *O*, liberalitate reg. integri *G* ut] aut O^b 26 *numerus* IIII *ponitur ante verba* non ad *H*.

1) *Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 59, num. 10.* 2) *Cf. Hinschius IV, 842, n. 3. 4.* 3) *Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 12, num. 12; Waitz II, 252; Loening II, 689, n. 3.*

IV. Convenit etiam universis fratribus, ut non solum praesentium rerum actos, sed et animarum quoque debeant praeparare remedia. Nullus ergo illicita coniugia contra praeceptum Domini sortire praesumat, id est fratris relictam nec novercam suam relictamque patrui vel sororem uxoris suae sibi audeat sociare neque avunculi quoque relictae, norui sue vel matertere coniugio potiatur; pari etiam conditione a coniugio amitae, privignae hac filiae privignae coniunctionibus praecipimus abstinere[1].

V. Sacratarum etiam virginum neque per raptum neque per conpetitionis aliquas quisquam coniugia sortiatur. Similiter de earum erit coniunctionibus abstinendum — et hi, qui eas rapere aut conpetere voluerint, a communione removendi –, quae vestium commutatione, tam viduae quam puellae, religionem, poenitentiam aut virginitatem publica fuerint declaratione professae[2]. Quod si contra interdicta quis venerit et sacerdotem suum audire neglexerit et in praesenti a communione chatolice ecclesiae habeatur extraneus et in perpetuo anathema fereatur[3].

VI. Et quia utilium rerum coepit causa tractare, hoc universitas praecaveri quoque debet, tam sacerdotes quam principis omnesque populus, ut nullus res alienas conpetire a regis audeat potestate[4]. Nullus viduam neque filiam alterius extra voluntatem parentum aut rapere praesumat aut regis beneficio estimet postulandam[5]. Quod si fecerit, similiter ab ecclesiae communione remotus anathematis damnatione plectatur[6].

VII. Et quia universis sacerdotibus ita convenit, ut, si quis de eis a communione ecclesiae pro contemptu canonum ac pervasione rerum ecclesiasticarum aliquem fortasse suspenderet, a nullo penitus episcopo recepi praesumatur[7]. Quod si factum fuerit, his, qui eum contra interdicta receperet, et a fratrum suorum erit concordia separatus et aeterni iudices in futurum, ut confidimus, iracundiam sustenebit[8].

VIII. Et quia in aliquibus rebus consuetudo prisca neglegitur ac decreta canonum violantur, placuit iuxta antiquam consuetudinem, ut canonum decreta serventur. Nullus civibus invitis ordinetur episcopus, nisi quem populi et clericorum electio plenissima quesierit voluntate[9]; non principes imperio neque per quamlibet conditionem contra

1 actus *BOG* 2 et *om. G* 3 sortiri BO^b 4 nequae *A* avunculo *B* 5 relictae *corr. cum Sirm.*, relicta ē *A*, relicta est *HB*, relictam *OG*, quae relicta est *Crab. Sur.* nurui O^bG, neque nurus *Sur. Sirm.* patiatur *α* 6 ac BO^b filia *H*.

7 sacrarum *Crab. Sur.* competitiones (conp-) *BOG* 8 coniugiam *B* et hi *om. B* 9 ea *α* conpetere *corr. cum edd.*, contemnere *HA*, contempnere *BOG* sunt removendi *edd.* 10 commutatione] communionem *OG* paenitentiam *ABG* publica] O^b, publicam αO^aG 11 fuerit *H* declarationem O^aG interdicta] *B*, dicta *rel.* 12 neglexerint *B* catholicae *BOG* 13 perpetuum *Sirm.* anathemate O^b.

14 tractari O^b praecavere *O*, caveri *G* 15 principes *codd. praeter H* populos A^aOG 16 neque filiam *repetitur post* alterius *OG* 18 semotus *OG* anathemathis *HA* dampnatione *OG*.

20 ecclesiis *G*, ecls *O* ac] hac *OG*, aut *edd.* 21 suspenderent O^aG, suspenderint O^b recipi *codd. praeter H* 22 interdicta] BO^b, indicta HAO^aG receperit H^bBOG et *ante* aeterni *om.* O^aG 23 iudices] HO^a, iudicis *rel.*

24 rebus *om. G* prisca *om. G* 25 consuetudinem ut] O^b, consuetudo O^aG, consuetudinem *α* ut iuxta *edd.* 26 invitis] *B*, invitus *rel.* 27 quaesierit *codd. praeter H* principis BO^b quamlibet] BO^b, quemlibet *rel.* condictionem *O*

1) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 27.* 2) *Cf. Thom. P. I, l. 3, c. 45, num. 4.* 3) *Cf. Hinschius IV, 798, n. 6; 800, n. 6.* 4) *Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 11, num. 11; c. 59, num. 10.* 5) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 22; Freisen, Gesch. des canon. Eherechts p. 312.* 6) *C. 36 q. 2 c. 6. — Cf. Hinschius IV, 800, n. 6.* 7) *Cf. Loening II, 466, n. 5.* 8) *Cf. conc. Arel. inter a. 442—506. hab. c. 8; Hinschius IV, 742, n. 10.* 9) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 11.*

metropolis voluntatem vel episcoporum comprovincialium ingeratur[1]. Quod si per ordinationem regiam honoris istius culmen pervaderi aliquis nimia temeritate praesumpserit, a comprovincialibus loci ipsius episcopus recepi penitus nullatenus mereatur, quem indebete ordinatum agnuscunt[2]. Si quis de comprovincialibus recipere contra interdicta praesumpserit, sit a fratribus omnibus segregatus et ab ipsorum omnium caritate semotus[3]. Nam de ante actis ordinationibus pontificum ita convenit, ut coniuncti metropolis cum suis comprovincialibus episcopis vel, quos vicinos episcopos eligere voluerit, in loco, ubi convenerit, iuxta antiqua statuta canonum omnia communi consilium et sententia decernantur[4].

IX. De genere servorum, qui sepulchris defunctorum pro qualitate ipsius ministerii depotantur, hoc placuit observari, ut, sub qua ab auctoribus fuerint conditione dimissi, sive haeredibus sive ecclesie pro defensione fuerint depotati, voluntas defuncti circa eos in omnibus debeat conservari. Quod si ecclesia eos de his sanctis functionibus in omni parte defenderit, ecclesiae tam illi quam posteri eorum defensione in omnibus potiantur et occursum impendant[5].

Et quia huic definitioni cuncti fratrum interesse minime potuerunt, hoc etiam omnis congregatio sacerdotum Christo propitiante decrevit, ut constitutio praesens, quantis oblata fuerit, subscriptionibus eorum debeat roborare, quatenus in hoc, quod ab universis observandum est, universitas debeat consentire.

Probianus in Christi nomine episcopus ecclesie Betorige consensi et subscripsi.
Pretextatus in Christi nomine episcopus ecclesie Rothomagensis consensi et subscripsi.
Leontius[6] in Christi nomine consensi.
Germanus[7] peccator consensi et subscripsi.
Eufronius[8] peccator consensi et subscripsi.

1 vel *om.* α ingeneratur *HA* 2 honorem *B* pervadere *BO* 3 episcopus] ēpiscop̄s *H*, episcop̄s *A*, ipiscopis eum *B*, ep̄is *OG* penitus *om. edd.* 4 ordinatum *om. HA*, assumptum *Crab.* recipere eum *Crab.* interdicta] O^b, indicta $\alpha O^a G$ 5 semotus] *BO*, remotus *G*, semoris *HA* 6 ante *om.* α pontificium *HA* metropolitanus *edd.* 7 episcopis] *BO*, ep̄s *G*, ēpiscop̄s *H*, episcop̄s *A* episcopos] *BG*, ep̄s *O*, ēpiscop̄s *H*, episc̄p *A* eligere] $O^b G$, elege O^a, tegere α 8 consilio *O* 9 decernatur *OG; non correximus* decernant, *quia in verbis* coniuneti—voluerit *nominativus absolute potest esse adhibitus.*

10 de genere servorum *correximus*, de cenere servus vero *codd.*, de degeneribus servis *edd.* sepulcris *G* 11 actoribus α condictione *O* 12 et sive *Crab. Sur.* heredibus *BOG* ecclesiis *OG* 13 observari *Sirm.* de his sanctis *emendavimus*, deficisci α, de fisci *O*, defici *G* 15 potiantur] putantur *G* hoccursum *B.*

16 definitione *ABG* cuncta *B*, cunctis O^a, cuntis *G* etiam *scripsimus*, enim *codd., om. edd.* 17 constituo HAO^a, constituto *G* 18 a quantis *Crab. Sur.* tamen eorum *Crab.* roborare] *OG*, probare α quatenus in hoc quod] *O*, quatenus quod in hoc αG 19 ab *om. O.*

20 ecclesie *om. OG* betorige] α, bethoriae *O*, bethuriae *G* subscripsi] *HOG*, subi *AB hic et semper* 21 praetextatus *codd. praeter H* rothomagensis] *OG*, romagensis α subscripsi] *O*, sūb *G*, subs̄ *H hic et semper excepto v. 23, ubi legitur* subs̄i 22 consensi] α, cons̄ et sūb *OG*, consensi (*fortasse* consensit) *inusitate hic abbreviatur* cōnt *HAB, item p. 146, v. 9 A et* cōnst *p. 145, vv. 23. 24, p. 146, vv. 3. 9. 10 H, p. 145, v. 23, p. 146, vv. 2. 4. 10 A, inde a p. 145, v. 23 semper B; aliis locis scribitur* cons̄ *HA* 24 eufrosinus *G*

1) *Cf. Thom. P. II, l. 2, c. 11, num. 3; Hinschius II, 518, n. 2.* 2) *Cf. Thom. P. II, l. 2, c. 10, num. 12; P. II, l. 3, c. 59, num. 10.* 3) *D. 63 c. 5. — Cf. Thom. P. II, l. 2, c. 13, num. 2.* 4) *Cf. Loening II, 179 sq.; Hinschius II, 518, n. 6.* 5) *Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 88, num. 6; Loening II, 236, n. 4; ad v.* occursum *cf. Waitz, Deutsche Verfassungsgesch. IV, 24, n. 1.* 6) *ep. Burdegalensis.* 7) *ep. Parisiensis.* 8) *ep. Turonensis.*

Felix[1] peccator consensi et subscripsi.
Domicianus[2] peccator consensi et subscripsi.
Chardaricus[3] peccator consensi et subscripsi.
Gonothigernus[4] peccator consensi.
Paternus[5] peccator consensi et subscripsi.
Lasciuus[6] peccator consensi et subscripsi.
Chaletricus[7] peccator consensi et subscripsi.
Edibius[8] peccator consensi et subscripsi.
Samson[8] subscripsi et consensi in nomine Christi.
Ferrocinctus in Christi nomine episcopus[9] consensi.

3 chardarius *OG*, chardaritis *B* 4 consensi] consˉ et subˉ *OG*, conˉst et subˉi *B* 6 lasciuius *G* 9 in nomine christi] in mente christi *OG* 10 in chr. nom. *om. et post* consensi et subscripsi *add.*: expliciunt canones parisiaci feliciter *OG*.

1) *ep. Nannetensis.* 2) *ep. Andegavensis.* 3) *Civitas eius ignota est.* 4) *ep. Silvanectensis.* 5) *ep. Abrincensis.* 6) *ep. Baiocensis.* 7) *ep. Carnotensis.* 8) *ep. Dolensis (?). Cf. Duchesne, Les anciens catalogues épiscopaux de la province de Tours p. 95, n. 1.* 9) *Ebroicensis.*

CONCILIUM PARISIENSE*.

573. Sept. 11.

Tres ad hoc concilium epistulae pertinentes exstant in codice Parisiensi Lat. 12097 (nobis C) fol. 163, quarum prima inscribitur: Tenor suggestionis libelli, *altera:* Concilium Parisiense, *tertia propria inscriptione caret.*

Primus has epistulas ex eodem codice in lucem edidit Sirmondus I, 350.

Ad hanc synodum spectare videntur, quae apud Gregorium Turon. H. Fr. IV, 47 leguntur. Cum autem, *inquit,* intentio inter Guntchramnum et Sygiberthum regis verteretur, Guntchramnus rex apud Parisius omnes episcopus regni sui congregat, ut inter utrusque, quid veritas haberit, edicerent[1]. *Nam episcopi non propter unam Promoti episcopi Dunensis causam, de qua omnes tres epistulae agunt, sed, ut in epistula ad Egidium Remensem episcopum legitur,* pro causis publicis privatorumque quaerellis *congregati erant.*

Epistula Pappoli episcopi Carnotensis ad synodum.

Domnis semper suis atque apostolica dignitate colendis omnibus episcopis, qui in sancta synodo nunc Parisius convenerunt, Pappolus Carnotinae civitatis episcopus humilis vester.

*) *Haec synodus a Sirmondo* Concilium Parisiense IV. *insignitur.*

1) *SS. Rer. Merov. I, 182.*

Ita nos canoneca institutio admonet, ut, quotiens aliquae exortae fuerint in ecclesia causae, synodali hoc conventu debeat publecari. Adeo, piissimi domni, in vestrae pietatis notitia haec, quae contra nos gesta sunt, per praesentis libelli nostri tenorem studuemus deferendum. Ergo cum me ante aliquod temporis clericorum vel civium Carnotinae civitatis voluntas per consensum, cum conniventia etiam metropolitani mei, fieri episcopum elegisset, quod annuente Domino factum est, post aliquot dies quidam ex ipsius civitatis Carnotinae territorio presbyter, nomine Promotus, qui reliquerat sine litteras antecessoris mei cellolam suam, inliceta praesumptione parrociam meam, cui vocabulum est Duno, quasi sub nomine episcopatus visus est pervasisse: etiam ad facultaticulam[1] ecclesiae, cui praeesse videor, quantum in ipso pago esse constat, nescio per cuius ordinationem, simeli conditione pervasit. Pro qua re supplex vester sanctitati vestrae suggero et per Spiritum sanctum, qui in vobis habitat, et diem iudicii futuro et per remissionem peccatorum vobis domnis meis coniuro, ut hoc ita, qualiter vobis fieri non vultis, emendari iubeatis, quatenus nec per calledam praesumptionem quis audeat in postmodum per tumorem superbiae simelia perpetrare et simultas ecclesiae vestro studio et ordinatione iam Christo propitio conquiescat.

Cuius suggessione synodus sancta spiritali favore et canoneco ritu respondens haec contra taemerarios scripsit obiecta.

Epistula synodi ad Egidium Remensem episcopum.

Domno suo adque beatissimo et meretis apostolico fratri Egidio episcopo Phylippus, Sapaudus, Priscus, Constitutus, Laban, Felix, Germanus, Lucretius, item Felix, Clementinus, Syagrius, Optatus, Gallomagnus, Salunius, Quinidius, item Salunius, Sagittarius, Promotus, Genesius, Polemius, Aunacharius, Esychius, Palladius, Siluester, Uictor, Pappolus, Claudianus, Heraclius, Tetradius, Licerius, Leudobaudis et Desiderius episcopi necnon Launoueus presbyter.

Dum pro causis publicis privatorumque quaerellis Parisius moraremur, vir apostolicus frater noster domnus Pappolus episcopus mediocretati nostrae detulit in quaerellam in castro Dunensi, parrocia denique Carnotina, quod castrum nec ad terreturium civitatis vestrae nec ad vestram provinciam manifestum est pertenere, a vobis contra omnem rationem et contra canonicam disciplinam episcopum consecratum. Et licet secundum prisca beatissimorum patrum decreta potuit huiusmodi excessus in vestra iniuria acerbius coerceri, sed nos caritatis iura servantes beatetudini vestrae indecamus, ut presbyterum ipsum nomine Promotum, qui omissa severitate canonica a vobis dicetur tam taemerae consecratus, ut iuste debeat de gradus ipsius dignitate deponi, sicut canonum constituta sanxerunt, ad vos evocetis vel vobiscum reteneatis, ut iniuriam

2 publicari C^b; *haec et aliae emendationes diverso atramento scriptae sunt* vestrae *corr. cum Sirm.*, vestra *C* 4 studuimus C^b 8 litteris C^b 10 facultaculam *C*, *superscriptum est* ti *poster. manu* esse] et se *C* 11 simili C^b 12 futurum C^b 14 callidam C^b.
17—18 cuius—obiecta *non, ut reliqua, litteris uncialibus, sed cursiva, quam dicimus, scriptura aetatis Merovingicae exarata sunt* 17 canonico C^b 18 taemerarios *corr. cum Sirm.*, taemerario *cod.* obiecta *legimus cum 'Nouveau traité de diplomatique' III, 430,* oblata *Sirm.*
29 territurium C^b 33 beatitudini C^b indicamus C^b 34 dicitur C^b

1) *Ad hanc vocem cf. supra p. 41, v. 14.*

nec ecclesiae nec sacerdoti suo ulterius debeat inrogare. Et quia a fratre vestro domno Germano episcopo ad petitionem domni Constituti metropolitani, ut ad synodum venire deberet, est praesentanea invitatione commonetus, quod quoque domnum Constitutum et domnum Germanum constat in synodum rettulisse, et ad synodum venire distulit, idcirco noverit beatitudo vestra hoc apud universum praesenti tempore concilium constitutum, ut, si memoratus presbyter aut propria contumacia aut cuiuscumque potestates adsentatione in praedicta Dunensi ecclesia praesumpserit sub huius subrepti honoris argumentatione ulterius resedere vel res ecclesiae ipsius amplius usurpare aut altaria benedicere, infantes confirmare vel ordinationes per quascumque parrocias facere aut episcopo suo fratri vestro domno Pappolo resistere prava intentione praesumpserit, ab omni coetu episcoporum vel a communiones consortio perpetuo anathemate feriatur et frater noster domnus Pappolus episcopus vel ecclesia Carnotina parrocias, quas hucusque habuit, sub sua ordinatione debeat auxiliante Domino gubernare; statuentes etiam, ut quicumque de populo illo benedictionem memorati Promoti presbyteri post hoc edictum manifestatum vel publicatum aut expetierit aut accipere contentus fuerit, a communionis consortio vel ab ecclesiae liminibus arceatur[1].

Data constitutio diae tertio iduum Septembrium anno XII. regum domnorum nostrorum, indictione sexta, Parisius.

Phylippus in Christi nomine Uiennensis ecclesiae episcopus hanc constitutionem nostram subscripsi.

Sapaudus in Christi nomine episcopus eclesiae Arelatensis hanc constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Priscus in Christi nomine episcopus eclesiae Lugdunensis constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Constitutus in Christi nomine episcopus eclesiae Senonicae constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Laban peccator eclesiae Elosanae consensi.

Felix in Christi nomine episcopus eclesiae Betorige constitutionem nostram subscripsi.

Germanus peccator etsi indignus in Christi nomine episcopus eclesiae Parisiacae constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Lucritius acsi peccator in Christi nomine episcopus ecclesiae Deinsis constitutionem nostram subscripsi.

Item Felix acsi peccator in Christi nomine episcopus eclesiae Namneticae constitutionem nostram subscripsi.

Climentinus in Christi nomine episcopus eclesiae Aptensis constitutionem nostram subscripsi.

Syagrius in Christi nomine Aeduorum episcopus constitutionem nostram subscripsi.

Optatus in Christi nomine Antepolitanae eclesiae episcopus constitutionem nostram subscripsi.

Gallomagnus in Christi nomine episcopus ecclesiae Trecassinae constitutionem nostram subscripsi.

6 potestatis C^b 8 residere C^b 11 communionis C^b 15 hoc] C^b, hanc C^a.
17 data—parisius *scriptura cursiva exarata sunt* 20 subscripsi] s̄ui *hic, in sequentibus semper* sūbi 22 relegi] r̄el *hic et semper* 27 peccator] pēct *hic et semper*

1) *Quae episcopi hic de Promoto decreverant, usque ad a. 575. effectu caruerunt. Post mortem demum Sigiberti regis Pappolus Carnotensis episcopus a Chilperico rege impetravit, ut iudicium episcoporum contra Promotum prolatum valeret. Quae cognoscimus ex Greg. Turon. H. Fr. VII, 17.*

Salunius in Christi nomine episcopus civitatis Genauinsium constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Quinidius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uasinsium constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Item Salunius in Christi nomine episcopus eclesiae Ebridunensis constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Sagittarius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uappicensis constitutionem nostram subscripsi.

Promotus in Christi nomine episcopus eclesiae Glannatinae constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Genesius in Christi nomine episcopus eclesiae Segestericae constitutionem nostram subscripsi.

Polemius in Christi nomine episcopus eclesiae Agenninsis constitutionem nostram subscripsi.

Aunaarius in Dei nomine episcopus eclesiae Autisioderinsis constitutionem nostram subscripsi.

Esychius in Christi nomine episcopus eclesiae Gratianopolitanae constitutionem nostram subscripsi.

Palladius in Christi nomine episcopus ecclesiae Sanctonicae constitutionem nostram subscripsi.

Siluester in Christi nomine episcopus civitatis eclesiae Uesonciensis constitutionem nostram subscripsi.

Uictor in Christi nomine episcopus eclesiae Trecastinae constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Pappolus in Christi nomine episcopus eclesiae Lingonicae constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Claudianus in Christi nomine episcopus eclesiae Regensis constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Heraclius in Christi nomine episcopus eclesiae Diniensis constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Tetradius in Christi nomine episcopus eclesiae Uenduascensis constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Licerius in Christi nomine episcopus eclesiae Eloronensis constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Leudobaudis peccator ecclesiae Sagensis subscripsi.

Desiderius episcopus eclesiae Telonensis constitutionem nostram relegi et subscripsi.

Launoueus presbyter in vicem Ricomeri Aurelianorum episcopi constitutionem nostram subscripsi.

Subscripta constitutio in basilica domni Petri, indictione supra scripta, Parisius.

Epistula synodi ad Sigibertum regem.

Domino gloriosissimo adque sanctae ecclesiae catholicae filio Sigisberto regi Sapaudus, Phylippus, Priscus, Constitutus, Laban, Felix, item Felix, Germanus, Lucretius, Climentinus, Syagrius, Gallomagnus, Optatus, Salunius, item Salunius, Quinidius, Promotus, Sil-

21 *verbo* uesonciensis *fol. 166 codicis finit, primus versus fol. 166' legi non potest; verba* constitutionem nostram subscripsi *ex analogia supplevimus* 39 subscripta—parisius *scriptura cursiva exarata sunt.*

uester, Genesius, Polemius, Palladius, Uictor, Sagittarius, Aunaarius, Isychius, Claudianus, Desiderius, Heraclius, Tetradius, Pappolus, Licerius et Leudobaudis episcopi.

Quantum ineffabili gaudio synodali concilio nuntiatur, quandoquidem a catholico principi res nova pro dilectione Christi concipitur, tantum lamentabile execrandumque censetur, cum in ecclesia sancta contra Deum et contra canonum disciplinam dissensio generatur. Nuper etenim non absque coniventia gloriae vestrae, sicut credimus, evocati Parisius venientes novam inauditamque ordinationem in castro Dunensi, parrociam denique Carnotina, factam fuisse cognovemus. Quam rem licet vix credere possumus cum consensu gloriae vestrae fieri potuisse, tamen si cuiuscumque prava suggessione praeventi in hac tam obscena et ecclesiae universae contraria consensistis, ab huiusmodi scandali defensione sinceritatis vestrae conscientiam expietis; quia satius est, ut ille, qui ambitionis instinctu rem tam nefariam dolosa ambitione conpetiit, per satisfactionem paenitentiae reatum suum abluere conpellatur, quam vestra puretas, quod avertat Divinitas, huius facinoris contagione maculetur. Et quia nobis necesse fuit, ut iuxta canonum constituta personae temerariae deberet praesumptio coerceri, ideo salutis obsequium digno in Christo officiositatis et reverentiae cultu praebentes poscemus, ut vos, quos Deus et culmine praecipuos et sinceritate praeclaros esse praecepit, non quocumque aut quorumcumque temerario consilio ad defensanda huiusmodi scandala misceatis, quia Deum suffecit nosse nos nequaquam paenetus velle contra vos divinam iracundiam promoveri. Annis multis gloriam regni vestri potentia divina cum omni felicitate conservet, domne gloriosissime et praecellentissime domne.

Venerator vester Sapaudus episcopus salutare praesumo.
Humelis vester Phylippus reverenter audeo salutare.
Humelis vester Priscus reverenter audeo salutare.
Humelis vester Constitutus reverenter salutare praesumo.
Laban peccator salutare praesumo.
Humelis vester Felix audeo salutare.
Item Felix humelis vester audeo salutare.
Germanus peccator, proprius vester, etsi praesumptiosus, audeo salutare et supplico, ut non dispicias suggessionem sacerdotum.
Lucritius venerator vester humiliter saluto.
Climentinus venerator vester humiliter saluto.
Syagrius humelis vester reverenter salutare praesumo.
Gallomagnus humelis vester reverenter salutare praesumo.
Optatus humelis vester reverenter saluto.
Salunius servus vester reverenter saluto.
Item Salunius humelis vester debita reverentia salutare praesumo.
Quinidius humelis vester saluto.
Promotus humelis vester servienter saluto.
Siluester humelis vester reverenter saluto.
Genesius humelis vester reverenter saluto.
Polemius peccator et humelis vester reverenter saluto.
Palladius peccator reverenter saluto.

9 cognovimus C^b 14 puritas C^b 17 poscimus C^b 20 sufficit C^b paenitus C^b
21 annis—domne *scriptura cursiva exarata sunt.*
23 salutare, praesumo, humelis, peccator *saepe* sāl, praes, humēl, pēct *abbreviantur.*

Uictor peccator reverenter salutare praesumo.
Sagittarius humelis vester reverenter saluto.
Aunaarius humelis vester reverenter saluto.
Esychius cliens et humelis vester reverenter audeo salutare.
Claudianus episcopus humelis vester salutare praesumo.
Desiderius episcopus humelis vester salutare praesumo.
Pappolus humelis vester salutare praesumo.
Heraclius peccator humelis vester salutare praesumo.
Tetradius peccator reverenter salutare praesumo.
Licerius peccator reverenter saluto.
Leudobaudis peccator subscripsi.

Data epistola sub die III. iduum Septembrium, anno XII. regum domnorum nostrorum, Parisius.

12 data—parisius *scriptura cursiva exarata sunt* regum] regnum *C.*

CONCILIUM PARISIENSE.

577.

Inter res anno secundo Childeberti regis gestas Gregorius Turon. H. Fr. V, 18 mentionem facit concilii, quod celebratum esse ait apud Parisius in basilica sancti Petri apostoli, *cuius concilii acta in codicibus nostris non exstant. Gregorius l. l. et VII, 16 multa de causa Praetextati episcopi Rotomagensis narrat, quem Chilpericus rex apud episcopos in synodo congregatos plurimorum criminum accusaverat. Quamquam huic synodo Gregorius refert quadraginta quinque episcopos interfuisse, tamen praeter Gregorii Turonensis, Bertechramni Burdegalensis, Ragnemodi Parisiensis eorum nomina ignoramus.*

CONCILIUM CABILONENSE.

579.

De hoc concilio nihil aliud scimus, nisi quae Gregorius Turon. H. Fr. V, 27 memoriae prodidit. Anno quoque quarto, *inquit,* Childeberti, qui fuit decimus octavus

Guntchramni et Chilperici regum, apud Cavelonnum civitatem sinodus acta est ex iussu principis Guntchramni; discussisque diversis causis contra Salonium[1] et Sagittarium[2] episcopum iteratur illa antiqua calamitas. Obiciuntur eis crimina et non solum de adulterium, verum etiam de homicidiis accusantur. Sed haec per paenitentiam purgari censentis episcopi illud est additum, quod essent rei maiestatis et patriae proditores. Qua de causa ab episcopatu discincti in basilica beati Marcelli sub custodia detruduntur[3].

1) *Ebredunensis.* 2) *Vapincensis.* 3) *SS. Rer. Merov. I, 222.*

CONCILIUM BRENNACENSE.

580.

Gregorius Turon. H. Fr. V, 49 copiosius de hoc concilio disserens expositionem suam sic incipit: Congregati igitur apud Brinnacum villam episcopi in unam domum residere iussi sunt.

Convocavit hanc synodum Chilpericus rex eo consilio, ut episcopi iudicarent de Gregorio episcopo Turonensi a rege ipso et Bertechramno episcopo Burdegalensi accusato, quod dixisset reginam Fredegundem, regis uxorem, cum episcopo Berthramno in adulterio misceri. *Qua criminatione refutata rex et episcopus auctorem accusationis Leudastem comitem Turonensem nominaverunt et ita e periculo, ne propter falsam accusationem excommunicarentur, evaserunt.* Tunc placuit, *ut Gregorius ait,* omnibus sacerdotibus, ut sator scandali, infitiator reginae, accusator episcopi *(sc. Leudastes)* ab omnibus arceretur ecclesiis, eo quod se ab audientia subtraxisset. Unde et epistolam subscriptam aliis episcopis, qui non adfuerant, transmiserunt[1]. *Praeter episcopos, quos supra nominavimus, et Salunium Albigensem episcopum[2], qui alii synodo interfuerint, nescimus.*

Gregorius hoc concilium commemorat in ea sui operis parte, quae res anno 580. gestas comprehendit, neque est causa, cur huic anno concilium non adscribamus, quod quidem alii intra annos 577. et 581. ponunt[3].

Praeter Gregorium huius synodi meminit Venantius Fortunatus, qui primum libri IX. carmen inscripsit: Ad Chilpericum regem, quando synodus Brinnaco habita est[4].

1) *SS. Rer. Merov. I, 241.* 2) *Greg. Turon. H. Fr. V, 50:* Igitur cum, vale post sinodum memoratam regi iam dicta, ad propria redire vellimus, non ante discidere placuit, nisi hunc virum *(sc. Salunium)* libatis osculis linqueremus. Quem quesitum in atrio Brinnacinsis domus repperi. *(SS. Rer. Merov. I, 243.)* 3) *Cf. Hefele III, 34.* 4) *Auct. ant. T. IV, P. I, p. 201.*

CONCILIUM LUGDUNENSE.

581.

Gregorius Turon. H. Fr. VI, 1 scribit haec: Anno igitur sexto regni sui Childeberthus rex reiectam pacem Guntchramni regis cum Chilperico coniunctus est. . . . Apud Lugdunum sinodus episcoporum coniungitur, diversarum causarum altercationis incidens neglegentioresque iudicio dampnans. Sinodus ad regem revertitur, multa de fuga Mummoli ducis, nonnulla de discordiis tractant[1].

Sextus annus regni Childeberti congruit cum anno 581. Non videmus, qua ratione Sirmondus[2] *aliique disputent synodum a Gregorio laudatam eandem esse atque illam, quae a. 583. Lugduni habita est et quam mox adferimus.*

1) *SS. Rer. Merov. I, 245.* 2) *Cf. Notas ad T. I. Conciliorum Galliae, p. 614.*

CONCILIUM LUGDUNENSE*.

583. Mai.

De hoc concilio eadem fere dicenda sunt, quae in prooemio nostro in concilium Lugdunense a. 567. aut 570. supra p. 139 scripto exposuimus. Surius in collectione sua conciliorum II, 680 primus acta synodi publici iuris fecit, quae integra in libris nostris manu scriptis non reperimus. Exstant quidem c. V. in codice Bruxellensi 8780—8793 (nobis M) fol. 14' et c. VI. in codicibus Vindobonensi 2171 fol. 14', Sangallensi 675 pag. 75, Phillippsii 1763, nunc Berolinensi, fol. 24', quorum tamen codicum paucae lectiones variae non nisi ad orthographiam spectant. Surius et eum secuti posteriores editores canonem II. cum lectionibus mendosis exhibent. Emendavimus textum vulgatum canonis, 'cui veterum exemplarium inopia mederi non licere' Sirmondus putavit.

Inscriptionem hanc apud Surium legimus: Synodus habita in civitate Lugdunensi, mense Maio, anno XXII. regni gloriosissimi domini Guntramni regis.

*) *Haec synodus a Surio* Concilium Lugdunense II, *a Sirmondo et posterioribus* Concilium Lugdunense III. *insignitur.*

I. Multa quidem anterioribus temporibus venerabilium patrum sanxit authoritas; nunc tamen, quia crescente Deo propitio fide oportet in clero vel populo catholico meliora salubri pontificum consilio renovari, idcirco beatissimorum patrum statuta reminiscentes huius tituli definitione sancimus, ut nullum clericum ab ordine sancto antistitis usque ad subdiaconi gradum mulierem praeter matrem, amitam et sororem in hospitio suo habere liceat. Placuit etiam, ut, si quicunque uxoribus iuncti ad diaconatus aut presbyteratus ordinem quoquo modo pervenerint, non solum lecto, sed etiam frequentatione quotidiana debeant de uxoribus suis sequestrari[1]. Quod si, quod Deus avertat, de eorum familiari contubernio post acceptam benedictionem infans natus paruerit, ab officii gradu privetur.

II. Id etiam de epistolis placuit captivorum, ut ita sint sancti pontifices cauti, ut in servitio pontificum consistentibus, qui eorum manu vel subscriptione agnoscantur, epistolae aut quaelibet insinuationum literae dari debeant, quatenus de subscriptionibus nulla ratione possit Deo propitio dubitari. Et epistola commendationis pro necessitate cuiuspiam promulgata dies datarum et precia constituta vel necessitates captivorum, quos cum epistolis dirigunt, ibidem inserantur.

III. Puellae vero, quae conniventia parentum suorum se voluntarie dedicaverint et intra monasterium puellarum conclusionem elegerint et se de eodem monasterio quacunque animi levitate aut vilitate corporis extra captivitatis incursum voluntate sua subtraxerint et de conversatione religiosa cuiuscunque vocationis spiritu seculi delectationes elegerint, quousque in monasterium, unde egressae sunt, revertantur, a communionis gratia segregentur[2]; viaticum tamen illis miserationis intuitu praebeatur.

IV. De incestis vero coniunctionibus hoc placuit custodiri, quod prisca canonum statuta sanxerunt[3].

V. Et ut nullus episcoporum natalem Domini aut pascha alibi nisi ad ecclesiam suam praeter infirmitatis incursum aut ordinem regium celebrare praesumat[4].

VI. Placuit etiam universo concilio, ut uniuscuiusque civitatis leprosi, qui intra territorium civitatis ipsius aut nascuntur aut videntur consistere, ab episcopo ecclesiae ipsius sufficientia alimenta et necessaria vestimenta accipiant[5], ut illis per alias civitates vagandi licentia denegetur[6].

Subscriptiones episcoporum.

Priscus in Christi nomine episcopus ecclesiae Lugdunensis constitutionibus nostris subscripsi.

Euantius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uiennensis constitutionibus nostris subscripsi.

Siagrius in Christi nomine episcopus ecclesiae Heduorum constitutionibus nostris subscripsi.

Isitius in Christi nomine episcopus ecclesiae Gratianopolitanae constitutionibus nostris subscripsi.

Ragnoaldus in Christi nomine episcopus ecclesiae Ualentinae subscripsi.

12 pontificum] pontificibus *Sur.* agnoscantur] agnoscat *Sur.*

1) *Cf. conc. Turon. a. 567. c. 10. 20 (19).* 2) *Cf. conc. Turon. a. 567. c. 21 (20); Thom. P. I, l. 3, c. 45, num. 7.* 3) *Cf. conc. Turon. a. 567. c. 22 (21).* 4) *Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 31, num. 16; Hinschius III, 222, n. 1.* 5) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 21.* 6) *Cf. conc. Turon. a. 567. c. 5.*

Eusebius in Christi nomine episcopus ecclesiae Matescensis subscripsi.
Agricola in Christi nomine episcopus ecclesiae Niuernensis subscripsi.
Flauius in Christi nomine episcopus ecclesiae Cabilonensis subscripsi.
Et missi episcoporum, qui hos canones subscripserunt, duodecim.

CONCILIUM MATISCONENSE*.

583. Nov. 1.

Collati sunt codices hi: Phillippsii 1745, nunc Berolinensis, (nobis L) fol. 97, quem etiam in orthographia constituenda plerumque secuti sumus, Berolinensis 435 (nobis H) fol. 165, Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 173', Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 116 (ubi HAB inter se consentiunt, signum α adhibuimus), Bruxellensis 8780—8793 (nobis M) fol. 15, qui tamen solos canones VI. VII. VIII. III. V. et quidem eodem, quo eos modo laudavimus, ordine continet.

Adferunt concilium in collectionibus suis Crabbius II, 89, Surius II, 678, Sirmondus I, 370.

Inscriptio desideratur M; in reliquis libris sic legitur: In Christi nomine constitutiones, quae in synodo Matescone conscriptae sunt *L.* Canones Matasconensis *α.*

Numeri, quos inde a canone XVIII. uncis inclusos apposuimus, indicant numerationem canonum, quae apud Sirmondum et posteriores editores invenitur.

Temporis adnotationes in antiquissimo codice L desiderantur; reperiuntur in codicibus HAB, sed insolito loco, nam clausulae 'Explicit' adiunguntur. Praeter diem duae hic anni computationes occurrunt. Quarum altera, sc. indictio XV, respondet anno, qui currit inde a mense Septembri a. 581. usque ad mensem Septembrem a. 582. Quem indictionis numerum solum respiciens Sirmondus synodum in a. 581. coniecit[1]*. Sed iam Cointius*[2] *ei obiecit illo aevo magis in usu fuisse tempus secundum annos regni definire. Annum regni Guntramni XXII, quem codices laudant, cum anno inde a mense Decembri a. 582. incipiente convenire demonstravit Kruschius*[3]*. Hoc si ponimus, concilium nostrum, quod die primo mensis Novembris celebratum est, ad annum 583. recte refertur.*

Cum ad iniunctionem gloriosissimi domni Guntramni regis tam pro causis publicis quam pro necessitatibus pauperum in urbe Matiscensi nostra mediocritas con-

28 cum — convenisset *om. Crab.* cum *om. α* ad iniunctionem] ex evocatione *α* gloriosissimo *B* domno *α* guntramni] *HA*, gunthramni *B*, *om. L* 29 matiscensi] matascente *α* convenisset] contis̄ *H*, convenīs *AB*

*) *Haec synodus in editionibus* Concilium Matisconense I. *insignitur.*

1) *Cf. Notas ad T. I. Conciliorum Galliae, p. 613.* 2) *Annales ecclesiastici Francorum T. II, p. 237, num. XI.* 3) *Forschungen z. deutschen Gesch. XXII, 455.*

venisset, primo in loco visum nobis est, ut in nomine Domini non tam nova quam prisca patrum statuta sancientes id ipsum, quod constituimus, titulis praesentibus in canonibus legeretur insertum.

I. Ideoque definitum est, ut episcopi, presbyteri adque diaconi ita sanctae conscientiae luce resplendeant, ut effugiant in probitatem actuum maledicorum obloquia et testimunium in se divinum implere contendant, quod Dominus ait: *Sic luceat lumen vestrum coram hominebus, ut videant vestra bona opera et magneficent Patrem vestrum, qui est in coelis.* Igitur auctoritate cannonica adque mansura in aevum constitutione sancimus, ut fugiatur ab his extranearum mulierum culpanda libertas et tantum cum avia, matre, sorore vel nepte, si necessitas tulerit, habitent[1].

Matth. 5, 16.

II. Ut nullus episcopus, presbyter, diaconus, clericus vel quicumque secularis in monastiriis puellarum nisi probatae vitae et aetatis provectae praeter utelitatem aut quamcumque reparationem monastirii ad quascumque earum necessitates habitare aut secretas conlocutiones habere praesumant[2] nec extra salutaturium aut oraturium ulterius ingredi permittantur. Praecipue Iudaei non pro quorumcumque negutiorum occationes puellis intra monastirium Deo decatis aliquid secretius conloqui aut familiaritatem vel moras ibi habere praesumant.

III. Ut nulla mulier in cubiculo episcopi absque duos presbyteros ingredi permittatur[3].

IV. Ut, qui oblationes fidelium defunctorum, quae ecclesiis conferuntur, retinent, velut retentatores aut aegentium necatores ab ecclesiae liminebus arceantur[4].

V. Ut nullus clericus sagum aut vestimenta vel calciamenta saecularia, nisi quae religionem deceant, induere praesumat[5]. Quod si post hanc definitionem clericus aut cum indecenti veste aut cum arma inventus fuerit, a seniorebus ita coherceatur, ut

1 *ante* primo *ponitur numerus* I *B* 2 instituta *α* sanccientes *α* constituemus *α*, constituamus quod *Sirm.* praesentibus] deficientibus *Crab.* 3 canonibus] *α*, cannonecis *L* legitur *α*.

Numeri canonum semper om. HAM, inde a c. II. *usque ad c.* VI. *et iterum inde a c.* XI. *usque ad finem plerumque simul cum primo canonis verbo spatio vacuo remisso om. B* 4 *verba* ideoque def. est *ad ea, quae antecedunt, trahuntur,* ut *omittitur, voci* episcopi *praemittitur numerus* II *B* finitum *HA* episc. vel presb. *α* 5 in probitatem] improbitatem *edd.* 6 divino *HA* ait *om. HA* lumen vestrum] lux vestra *α* 7 opera bona *HA* 8 mansuram *HA* evo *H*, aevo *AB* constitutionem *B* 9 sanccimus *α* culpande (c-dae) *HA* 10 matrem sororem vel neptim *HB* tulerit] fuerit *α* habitet *HA*, habitetur *B*.

12 provectae] *B*, provecti *LHA* 13 quacumque reparatione *HA* ad] in *α* necessitate *HA* 14 extra] intra *α* salutaturium *correximus*, salutaturiam *L*, salutarium *HA*, salutorium *B*, salutatorium *edd., Crab. in marg.:* sacrarium oraturium] *HA*, oratorium *B*, oraturiam *L* ulterius *om. α* 15 occasionis *HA*, occasionibus cum *B* 16 monasterio *HA* 17 ibi] ibidem *α*.

18 cubilo *H* duobus *B* presbyteros] prb̃os *L*, presbiteros *M*, presbyteris *HB*, prb̃s *A* *post* presbyteros *add.* aut certe diaconis (diacb̄; *B*, diac̄ *M*) *αM*.

21 veluti *α* retentores *α* *add.* ecclesiae *post* retentatores *α* aut] et *α* negatores *α*.

22 vel] *M*, aut *B*, ut *HA, om. L* calciamenta *om. L, sed vide conc. Agath. c. 20* secularium *HA* quae] quod *αM* 23 religione *HA*, relegionis *M* deceant] L^b, deceat $L^a\alpha$ inducere *αM* hac definicione *M* 24 cum indecenti] com induta huiusmodi *B* indecente *M*, inducente *HA* arma] $L^a HAM$, armis $L^b B$ seniores *HAM*

1) *Vide conc. Arvern. a. 535. c. 16; cf. conc. Turon. a. 567. c. 10.* 2) *Cf. conc. Epaon. c. 38.* 3) *Cf. conc. Arvern. a. 535. c. 16; Thom. P. I, l. 2, c. 62, num. 4.* 4) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 25 (22); iunge conc. Aurel. a. 549. c. 16.* 5) *Cf. conc. Agath. c. 20.*

triginta dierum conclusione detentus[1] aquam tantum et modeci panis usu[2] diebus singolis sustentetur[3].

VI. Ut episcopus sine palleo missas dicere non praesumat[4].

VII. Ut nullus clericus de qualibet causa extra discussionem episcopi sui a seculare iudice iniuriam patiatur aut custudiae deputetur[5]. Quod si quicumque iudex cuiuscumque clericum absque causa criminale, id est homicidio, furto et maleficio, hoc facere fortasse praesumpserit, quamdiu episcopo loci ipsius visum fuerit, ab ecclesiae liminebus arceatur[6].

VIII. Ut nullus clericus ad iudicem saecularem quemcumque alium fratrem de clerecis accusare aut ad causam dicendam trahere quocumque modo praesumat[7], sed omne negutio clericorum aut in episcopi sui aut in presbyterorum vel archediaconi praesentia finiatur. Quod si quicumque clericus hoc implere distulerit, si iunior fuerit, uno menus de quadraginta ictos accipiat[8], sin certe honoratior, triginta dierum conclutione mulctetur[9].

IX. Ut a feria sancti Martini usque natale Domini secunda, quarta et sexta sabbati ieiunetur[10] et sacrificia quadragensimali debeant ordine caelebrari. In quibus diebus cannones legendos esse speciali definitione sancimus, ut nullus se fateatur per ignorantiam deliquisse[11].

X. Ut presbyteri, diaconi vel quolibet ordine clereci episcopo suo oboedienti devotione subiaceant et non alibi dies feriatos nisi in episcopi sui obsequio liceat tenere aut caelebrare[12]. Quod si quis per quacumque contumaciam aut cuiuscumque patrocinio hoc facere fortasse distulerit, ab officio regradetur[13].

1 conclusione] inclusione αM aquam] L^a, aqua $L^b\alpha M$ modice *H*, modici *ABM* modico pane *edd.* usu] L^b, portiuncula *B*, *om.* L^a*HA et edd.* diebus *om. B.*
3 VI] VII *B* episcopus] archiepiscopus *B* pallio α.
4 VII] VIII *B* discussione *HAM* 5 iudicio *Sirm.* 6 homicidium furtum aut (et *M*) maleficium HAB^aM 7 ipsius] illius αM *post* arceatur *add.* ea vero racione si superpressus fuerit *M.*
8 VIII] VIIII *B* 9 causa *H* modo *om.* αM, loco *Crab. Sur.* 10 negutio] L^a, negutium L^b, negotium αM presbyteri *Crab. Sur.* vel] cum αM, aut *Crab. Sur.* archidiacono *H*
11 *ante* quod si *ponitur numerus* X *B* 12 uno *corr. cum Sur. Sirm.*, una *codd.* ictos] L^a, ictus $L^b\alpha M$ si αM incerte *M* conclusione αM, inclusione *Crab. Sur.* 13 multetur αM.
14 IX] XI *B* feria] festivitate *B* usque ad natalem α 15 ieiunentur et sacrificium quadragesimale debito quemadmodum ordine celebrentur *Crab.* quadragesimali *B* debebunt *B*
16 canones α legendus *HA*, legēd *B* spatiale *HA* sanctiamus *HA*, sanctimus *B* ignorantia α.
18 X] XII *B* de quolibet *B* cleri *HA* *add.* ita *ante* episcopo α oboedientie *H*, obedientiae *AB* devotionis *HA* 19 et] ut α feriatus *A*, feriatur *H* episcopi sui] *L*, eius *B*, *om. HA et edd.* *add.* illius *post* obsequio *edd.* 20 quamcumque L^bB contumacia *HA* per cuiuscumque *B* patrocinium α 21 fortasse *om.* α degradetur *B*, segregetur *Crab. Sur.*

1) *Cf. Hinschius IV, 836, n. 4 i. f.* 2) *Cf. Hinschius IV, 819, n. 4.* 3) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 46, num. 1; P. III, l. 3, c. 44, num. 1.* 4) *Fidem lcctionis* episcopus *codices plures iique meliores praestant. Cf. Loening II, 94, n. 1, ubi iam haec lectio defenditur et canon recte explicatur.* 5) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 20.* 6) *Cf. Hinschius IV, 849, n. 7; 850, n. 4.* 7) *Cf. conc. Chalc. c. 9. Primum inter concilia Galliae nostrum Matisconense clericos proprie vetat adversus alios clericos apud saecularem iudicem experiri. Priora concilia, ut Andeg. c. 1, Venet. c. 9, Epaon. c. 11, Aurel. a. 538. c. 35 (32), Aspasii ep. Elus. a. 551. c. 4, indistincte prohibent, clerici ne ad iudicem publicum trahantur.* 8) *Cf. Hinschius IV, 815, n. 3. 7.* 9) *C. 11 q. 1 c. 6.* — *Cf. Hinschius IV, 819, n. 3.* 10) *Idem ordo iam a Perpetuo episcopo Turonensi institutus erat his verbis:* De depositione domni Martini usque natale Domini terna in septimana ieiunia. *Greg. Turon. H. Fr. X, 31 (SS. Rer. Merov. I, 445).* 11) *Cf. Duchesne, Origines du culte chrétien p. 275.* 12) *Cf. Thom. P. II, l. 1, c. 4, num. 4.* 13) *Cf. Hinschius IV, 843, n. 5.*

XI. Episcopi, presbyteri vel universi honoratiores clereci cum sublimi dignetatis apice sublimantur, actibus omnino renuntient saeculi et ad sacrum electi mystirium repudient carnale consortium ac permixtiones pristinae contubernium permutent germanetatis affectum; et, quisquis ille est, divino munere benedictione percepta uxori prius suae frater ilico efficiatur ex coniuge. Eos vero, quos repperimus ardore libidenis inflammatos abiecto religionis cingulo ad vomitum pristinum et inhibeta rursus coniugia repetiisse adque incesti quodammodo crimine clarum decus sacerdotii violasse, quod nati etiam filii prodiderunt: quod quisquis fecisse cognuscitur, omni in perpetuo, quam admisso iam crimine perdedit, dignetate privabitur[1].

XII. De puellis vero, quae se Deo voverint et praeclari decoris aetate ad terrenas nuptias transierint, id custudiendum esse decrevimus, ut, si qua puella volumtaria aut parentibus suis rogantibus religionem professa vel benedictionem fuerit consecuta et postea ad coniugium aut inlecebras saeculi, quod potius stuprum est quam coniugium iudicandum, transgredi praesumpserit, usque ad exitum cum ipso, qui se huiusmodi consortio miscuerit, communione privetur. Quod si se paenitentia ducti sequestraverint, quamdiu episcopo loci ipsius visum fuerit, a communionis gratia suspendantur, ita tamen, ut propter infirmitatem aut subitaneum transetum viatecum illis miserationis intuitu non negetur[2].

XIII. Ne Iudaei Christianis populis iudices deputentur[3] aut tolonarii esse permittantur, per quod illis, quod Deus avertat, Christiani videantur esse subiecti.

XIV. Ut Iudaeis a cena Domini usque prima pascha secundum edictum bonae recordationis domni Childeberti regis per plateas aut forum quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur[4] et ut reverentiam cunctis sacerdotibus Domini vel clerecis inpendant nec ante sacerdotes consessum nisi ordenati habere praesumant. Qui si facere fortasse praesumpserit, a iudicebus locorum, prout persona fuerit, distringatur.

1 honoratores $L^{a}HA$ sublime *HA* 2 ad sacrum] sacri *α*, sacro *edd.* ministerio *α* 3 carnali consortio *HA* ac] hanc *HA* pristinie *HA* contubernio *HA*, contubernia *B* germanetatis] gravitatis *Crab.* 4 affectu *HA*, effectu *B* quisque *α* illi *HA* divini muneris *Crab.* precepta *α* 6 cingulo] habitu *B* inhabita *α* 7 incesta *α* quodammodo *corr. cum edd.*, quemadmodum *α*, quaeadmodum *L* crimen *α* 8 fili *HA* quisquis] qui *Crab. Sur.* fecisse cognuscitur] *α*, facere praesumpserit *L*, *sed vide conc. Arvern. a. 535. c. 13* omne *α* 9 quam] quasi pro *B* admisse *HA* iam *om. B* perdita *B*.

10 decore (decori *B*) aetatis *α* 11 transierunt *B* custudiendum] constituendum *α* voluntarie *edd.* 12 relegione (religione) *α* benedictione *HA* 13 coniugio HA^{a} inlecebras] in libra *HA*, ad incelebras *B*, ad volutabrum *Crab.* stupro HA^{a} coniugio *H* 14 ipsum $H^{a}A^{a}$ 15 miscuerit] maculetur $H^{a}A$, maculatur H^{b}, maculaverit *B*, maculavit *Crab.* se *coll. post* ducti *α* penitentiam (paen-) *HA* 16 episcopo] ep̄i *α* ipsius] illius *α* 17 subitaneo H^{a}, subitanio $H^{b}A$, propter subitatum *B* viatecum] vitae cum *HA*, vitae *B et Crab. Sur. add.* communio *ante* illis *Sur.*, communio tunc *ante* non negetur *Crab.* intuetu $H^{a}A$, intuitus *B*.

19 ne] nec *HA*, *om. B* telonarii *B*.

21 iudei *H*, iudaei *A* a] ad *HA*, in *B* primum B^{b} primam diem post pascha *Crab. Sur.* 22 foro *HA* 23 licentiam *HA* 24 clericus *B* consensum *HA* 25 si *om. α*, hoc *edd.* praesumpserint *L*.

1) *Vide conc. Arvern. a. 535. c. 13.* 2) *Cf. conc. Valent. a. 375. c. 2; conc. Arel. inter a. 442—506. hab. c. 52; conc. Aurel. a. 549. c. 19; conc. Turon. a. 567. c. 21 (20); conc. Lugd. a. 583. c. 3.* 3) *Cf. conc. Arvern. a. 535. c. 9.* 4) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 33 (30). Canonem usque ad v.* denegetur *Pertzius collocaverat in extrema parte praecepti Childeberti I. regis (LL. T. II, p. 1); sed cf. Capitularia regum Francorum (ed. Boretius) T. I, p. 3.*

XV. Et ut nullus Christianus Iudaeorum conviviis participare praesumat. Quod si facere quicumque, quod nefas est dici, clericus aut saecularis praesumpserit, ab omnium Christianorum consortio se noverit cohercendum, quisquis eorum inpietatibus fuerit inquinatus[1].

XVI. Et licet, quid de Christianis, qui aut captivitatis incursu aut quibuscumque fraudibus Iudaeorum servitio inplicantur, debeat observari, non solum cannonecis statutis, sed et legum beneficio iam pridem fuerit constitutum[2]; sed quia nunc ita quorundam quaerilla exorta est quosdam Iudaeos per civitates aut municipia consistentes in tanta insulentia et protervia prorupisse, ut nec reclamantes Christianos liceat vel ad praetium de eorum posse servitute absolvi: idcirco praesenti concilio Deo auctore sancimus, ut nullus Christianus Iudaeo deinceps debeat deservire, sed datis pro quolibet bono mancipio duodecim soledis ipsum mancipium quicumque Christianus seu ad ingenuitatem seu ad servitium licentiam habeat redimendi, quia nefas est, ut, quos Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit, persecutorum vincolis permaneant inretiti. Quod si acquiescere haec, quae statuimus, quicumque Iudaeus noluerit, quamdiu ad paecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipio ipsi cum Christianis, ubicumque voluerit, habitare[3].

XVII. Illud etiam spicialiter sancientes, quod, si quis Iudaeus Christianum mancipium ad errorem Iudaicum convictus fuerit persuasisse, et ipsum mancipium careat et legali damnatione plectatur[4].

XVIII. (XVII.) Id etiam pari coniventia placuit, ut, quia in universo populo multi pro peccatis esse dicuntur, qui ambitionis instinctu sunt periuriis inretiti, ut, si quis convictus fuerit alios ad falsum testimonium vel periurium adtraxisse aut per quamcumque corruptionem sollecitasse, ipse quidem usque ad exitum non communicet; hii vero, qui ei in periurio consensisse probantur, post ab omni sunt testimunio prohibendi[5].

XIX. (XVIII.) De his vero, qui innocentes aut principi aut iudicebus accusare convicti fuerint, si clericus honoratior fuerit, ab officii sui ordine regradetur, si vero

1 et *om.* α quo *HA* 2 quod] quia *HA*, qui *B* 3 om*ne *B* consortium *HA* cohercendum] compescendum (conp-) α.

5 quid] quod α chrianos *HA* 6 canonicis *HA*, canonici *B*, *ad v.* canonicis *in marg.* canonibus *Sur.* statutis *scripsimus cum Sirm.*, statuta *B*, *om. LHA Crab. Sur.* 7 beneficio *corr. cum edd.*, beneficia *codd.* iam] sic iam *B* sed] tamen *edd.* 8 querellam α iudeis *H*, iudaeis *AB* tantam insolentiam et proterviam *B* 9 reclamantis *HA*, reclamare *B*, reclamantibus *Crab. Sur.* christianis *B Crab. Sur.* ad praetium de eorum] pretium deorum *HA*, pretia iudeorum *B*, pretio de eorum *edd.* 10 posse *om. Sirm.* sanccimus α ut nullus christianus *om. HA*, quod qui *Crab.* 11 iudeo α deceps *HA* 12 cuicumque *B* christianos (crist-) *HA*, christiano *B* ingenuitate *HA* 13 servitio *A* habeant *L* 14 maneant *Sirm.* 15 haec] his *edd.* iudeos *HA* 16 mantipium (manc- *B*) ipsum α.

Canon XVII. *traditur codice L, desideratur* α *et ap. Crab. Sur., coniungitur cum canone antecedenti a Sirm.* 18 et] ut *Sirm.*

20 patri *HA* conibentiam *HA*, conibentia *B* ut *om. edd.* 21 pro peccatis *lectio corrupta, fortasse emendandum est* propagati, peccatis involuti *edd.* qui] quia *HA* ambitione inflati sunt et periuriis *Crab.* instincti *HA* 22 falso testimonio vel periurio *HA*, falsa testimonia vel periuria *B* per quamcumque corruptionem] quacumque corruptione α 23 ipsi *HA* quidem] vero L^a usque *om. HA* hii] L^a, hi α, his L^b 24 in periurio *om. B* consense *HA* postea *B* *post* prohibendi *add.* et secundum legem infamia notabuntur α.

25 principe *HA*, apud principes *B*, coram principe *Crab. Sur.* iudices *B* 26 convincti *L* degradetur *B*

1) *Cf. conc. Epaon. c. 15.* 2) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 30; Th. C. ne Christianum mancipium Iudaeus habeat XVI, 9.* 3) praesenti—habitare = *D. 54 c. 18.* — *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 14.* 4) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 31.* 5) *C. 22 q. 5 c. 7.*

secularis communione privabitur, donec malum, quod admisit, per publicam paenitentiam digna satisfactione conponat[1].

XX. (XIX.) Et licet priori titulo legatur definitum[2], quid de puellis, quae se divinis cultibus aut parentum aut sua volumtate decaverint, debeat observari, tamen quia monacha nomine Agnis, quae de monastirii septa fuga ante aliquos annos discesserat, in eodem est monastirio revocata et dicitur instigante diabulo agellos vel quascumque res ad se pertinentes alequibus potentibus velle donare, dummodo per eorum patrocinio se possit de intra monastirii sui septa subtrahere et voluptatibus saeculi clandestina vel singulari habitatione vacare: ideo praesenti constitutione sancimus, ut tam illa quam quaecumque alia monacha, quae sub hac argumentatione se de religionis habitu ad inlecebras saeculi subtrahere aut res suas pro tam iniquae deliberationis causa quibuscumque dare censuerit, tam illa, quae hoc dare voluerit, quam illi, quicumque hoc acceperint, ne, quod Deus avertat, ambitionis instinctu religionis videatur regula vitiari, tamdiu sint a communionis gratia sequestrati, quamdiu res ipsas iis, a quibus hoc acceperant, digna paenitentiae satisfactione restituant.

1 privetur *α* donec—conponat *om. α*. 3 legitur *LB* quid] quod *HA, om. B* 4 debeat *om. α* 5 monica (menica *B*) nomen agnes *α* monastirii—eodem est *om. α* septis *Sur. Sirm.* aliquot *Sur. Sirm.* 6 monasteriis *α* 7 donare] dare *Crab.* 8 patrocinium *B* voluntatibus *α* 9 candestina *HA* vacari *HA*, vocare *B* praesenti] prestanti *HA*, praestantiori *Crab.* sanccimus *α* 10 illam *L* de religionis] de relegio *HA*, de religioso *B*, derelicto *Crab.* 11 habito *HA* subtrahere *om. α* iniquae] inequam *HA*, iniqua et *B* iniqua inde liberationis *Sur.*, nequā liberationis *et in marg.:* libertatis *Crab.* 12 illa] ille *L* dare] facere *B* quam] tam *HA* 13 acceperint] *B*, acceperit *rel.* 14 ipsa eis (heis *B*) *α* 15 hoc] has *edd.* acceperant *cum edd. scripsimus*, acceperat *codd.* poenitentia (pen-) *α* poenitentia aut satisfactione *Crab.* restituant] L^b *et edd.*, restituat $L^a\alpha$.

1) *Cf. Nissl, Gerichtsstand p. 23, n. 1; Hinschius IV, 822, n. 4.* 2) *Cf. supra c. 12.*

Series subscriptionum ex codice L.

Priscus Lugdunensis aeclesiae episcopus constitutionem nostram suscripsi.
Euantius Uiennensis aeclesiae episcopus constitutionem nostram suscripsi.
Artemius Senonensis aeclesiae episcopus constitutionem nostram suscripsi.
Remedius Beturigae aeclesiae episcopus constitutionem nostram suscripsi.
Syagrius episcopus Aeduorum suscripsi.
Siluester episcopus Uesonciensis suscripsi.
Gallomagnus episcopus Trecassinensis suscripsi.
Aunacharius episcopus Autisioderinsis suscripsi.
Uictor episcopus Trecastinensis suscripsi.
Esychius episcopus Gratianopolitanus suscripsi.
Heraclius episcopus Diniensis suscripsi.
Rignoaldus episcopus Ualentinensis suscripsi.
Eusebius episcopus Matescensis suscripsi.

29 constit̄ nost̄ susi̇ *cod.* 30 uienn̄ ... constitū nost̄ susc̄ *cod.* 31 senon̄ ... constitū nost̄ susci̇ *cod.* 32 constitū nost̄ susci̇ *cod.* 33 suscripsi] susc̄ *hic et semper cod.* 35 trecass̄ *cod.* 37 trecastin̄ *cod.* 38 gratianopol̄ *cod.* 40 ualentin̄ *cod.* 41 matesc̄ *cod.*

Namatius episcopus Aurilianensis suscripsi.
Agroecola episcopus Nebernensis suscripsi.
Mummolus episcopus Lingonensis suscripsi.
Flauus episcopus Cabilonensis suscripsi.
Pappus episcopus Aptensis suscripsi.
Hyconius episcopus Mauriennensis suscripsi.
Artemius episcopus Uasensis suscripsi.
Marcianus episcopus Darantasiensis suscripsi.

1 aurilian̄ *cod.* 2 neber̄ *cod.* 3 lingon̄ *cod.* 4 cabilon̄ *cod.* 6 maurienn̄ *cod.* 8 darantas̄ *cod.*

Series subscriptionum ex codicibus α.

Nomina episcoporum qui in hunc concilio subscripserunt.
Priscus in Dei nomine episcopus ecclesiae Lugdunensis constitutionem nostram subscripsi.
Euantius peccator ecclesiae Uiennensis constitutionem nostram subscripsi.
Artemius episcopus ecclesiae Senonice constitutionem nostram subscripsi.
Remedius in Christi nomine episcopus ecclesiae Bituriue constitutionem nostram subscripsi.
Gallomagnus in Christi nomine episcopus ecclesiae Tricassine constitutionem nostram subscripsi.
Siluester in Christi nomine episcopus ecclesiae Uisoncensis constitutionem nostram subscripsi.
Siagrius in Christi nomine episcopus ecclesiae Eduorum constitutionem nostram subscripsi.
Aunacharius in Christi nomine episcopus ecclesiae Autrice constitutionem nostram subscripsi.
Usicius episcopus ecclesiae Grecinopolitani constitutionem nostram subscripsi.
Uictor episcopus ecclesiae Tricassine constitutionem nostram subscripsi.
Eraclius episcopus ecclesiae Diensis constitutionem nostram subscripsi.
Ragnoaldus episcopus ecclesiae Ualentine subscripsi.
Namicius episcopus ecclesiae Aurilianensis subscripsi.
Eusebius episcopus ecclesiae Matescensis subscripsi.
Agrecola episcopus ecclesiae Nibernensis subscripsi.
Mummulus episcopus ecclesiae Lingonice subscripsi.
Flauus episcopus ecclesiae Cabillonensis subscripsi.
Hiconius episcopus ecclesiae Mauriennatis subscripsi.
Pappus episcopus ecclesiae Aptensis subscripsi.
Artemius episcopus ecclesiae Uasensis subscripsi.
Martianus episcopus ecclesiae Terentasie subscripsi.

Expliciunt sinodus Matascensis, qui factus est anno XXII. regni domni nostri Gunthramni regis, die kl. Novembris, indicione XV.

12 hanc conlicio *B* 13 constitutionem nostram *semper abbreviatur* con̄st n̄r *α* subscripsi *semper abbreviatur* sub̄ *H*, sub̄ *aut* subsi *A*, s̄ubi *B* 14 uienensis *B* 21 aeduorum *A* 22 aunaharius *AB* 25 uictus ... tricastine *B* 26 const. nostram *om. AB* 27 ragnoardus *B* 28 aurilinensis *B* 29 eusepius *B* 31 mummolus *AB* 32 cabellonensis *B* 37 explicit *B* matescensis *AB* factus est] fac̄ ē *HA*, fuit factus *B* agno *HA* regni domni nostri] regnū dom̄ n̄i *HA* 38 inditione *A*, indictione *B*.

CONCILIUM VALENTINUM*.

585. Iun. 22.

Hanc synodum Surius primus in collectione sua II, 681 edidit. Sirmondus I, 379 codicem manu scriptum, quo usus sit, non laudat; conicimus igitur eum sicut et nos sola Suriana editione nisum esse.

Inscripta est apud Surium sic: Synodus habita in urbe Ualentina X. Kal. Iulii, anno XXIIII. regni gloriosissimi domini Guntramni regis, indictione secunda.

Indictio II, quae anno respondet, qui computatur a mense Septembri a. 583, non congruit cum anno regni XXIIII, qui incipit a mense Decembri a. 584.

Fredegarius Chron. IV, 1 de rege Guntramno haec scribit: Anno 24. regni sui devino amore eclesiam beati Marcelli ... suborbanum Cabilonninsim, sed quidem tamen Sequanum est territurium, merefice et sollerter aedificare iussit ibique monachis congregatis monasterium condedit ipsamque ecclesiam rebus pluremis ditavit. Senodum 40 episcoporum fieri precepit et ad instar institucionis monasterii sanctorum Agauninsium, ... et huius senodi coniunctionem monasterium Sancti Marcelli Gunthramnus institucionem firmandam curavit. *Synodus, quam Guntramnus rex fieri iussit, in editione novissima Fredegarii*[1] *eadem haberi videtur ac nostra Valentina; Cointius*[2] *verba Fredegarii ad concilium Matisconense a. 585. hab. refert; sed dicendum est utramque opinionem firmis argumentis carere*[3].

Cum in urbe Ualentina iuxta imperium gloriosissimi domini Guntramni regis nostra mediocritas pro diversis pauperum querimoniis convenisset, id primo authore Deo decrevimus sanciendum, quod pro salute regis et animae suae salvatione vel religionis statu censuimus oportunum. Id est ut, quia praedictus rex per virum illustrem Asclipiodetum referendarium[4] datis ad sanctam synodum epistolis suis iniunxit, ut, quodcunque tam ipse quam bonae memoriae iugalis sua Austrechildis regina vel filiae eorum Deo sacratae puellae, id est bonae memoriae Clodeberga vel Clodehildis, locis sanctis contulissent aut adhuc conferre decreverint, authoritate apostolica deberet sancta synodus praesenti titulo manuum suarum subscriptione firmare; et quia tam laudabili devotioni non solum sacerdotalem, sed etiam divinam credimus posse conniventiam conspirare, idcirco praesenti constitutione unanimi consensu Deo medio synodus sancta

*) *Haec synodus in editionibus* Concilium Valentinum II. *insignitur.*

1) *SS. Rer. Merov. II, 124, n. 4.* 2) *Annales ecclesiastici Francorum T. II, p. 292, num. XLIII.* 3) *Cf. quoque Mabillon, Annales ordinis S. Benedicti, T. I, p. 173; Longnon, Géographie de la Gaule au VI. siècle p. 217.* 4) *Cf. Waitz, Deutsche Verfassungsgesch. II, 409, n. 2.*

decrevit, ut, si quid basilicae sancti Marcelli vel sancti Symphoriani vel quibuscunque locis vel servientibus Deo per quascunque authoritates aut scripturarum epistolas praefatus dominus rex vel supra nuncupata iugalis sua filiaeque eorum sive in ministerio altariorum sive in quibuscunque speciebus, quae ad divinum cultum pertinere noscuntur, contulisse vel adhuc conferre voluerint, neque episcopi locorum neque potestas regia quocunque tempore successura de eorum voluntate quicquam minorare aut auferre praesumat. Quod si quis hoc quocunque tempore temerare aut auferre praesumpserit, veluti necator pauperum anathemate perpetuo iudicii divini plectatur et veluti sacrilegii perpetrator criminis sui reus supplicii aeterni teneatur obnoxius [1].

Subscriptiones episcoporum.

Sapaudus in Christi nomine episcopus ecclesiae Arelatensis subscripsi.
Priscus in Christi nomine episcopus ecclesiae Lugdunensis subscripsi.
Euantius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uiennensis subscripsi.
Isitius in Christi nomine episcopus ecclesiae Gratianopolitanae subscripsi.
Ragnoaldus in Christi nomine episcopus ecclesiae Ualentinae subscripsi.
Trapidius in Christi nomine episcopus ecclesiae Aurasicae subscripsi.
Eusebius in Christi nomine episcopus ecclesiae Matascensis subscripsi.
Flauius in Christi nomine episcopus ecclesiae Cabilonensis subscripsi.
Pappus in Christi nomine episcopus ecclesiae Aptensis subscripsi.
Urbicus in Christi nomine episcopus ecclesiae Rhegiensis subscripsi.
Aridius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uapincensis subscripsi.
Arthemius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uasensis subscripsi.
Martianus in Christi nomine episcopus ecclesiae Tarantasiensis subscripsi.
Pologronius in Christi nomine episcopus ecclesiae Sigestericae subscripsi.
Eusebius in Christi nomine episcopus ecclesiae Tricassinae subscripsi.
Cariatto in Christi nomine episcopus ecclesiae Genauensis subscripsi.
Boethius in Christi nomine episcopus ecclesiae Carpentoractensis subscripsi.

5 episcopi *corr. cum Sirm.*, ab episcopis *Sur.*

1) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 15; Thom. P. I, l. 3, c. 29, num. 4.*

CONCILIUM MATISCONENSE*.

585. (Oct. 23?)

Collati sunt codices Berolinensis 435 (nobis H) fol. 166', Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 175, Vaticanus 3827 (nobis B), fol. 118, qui tres codices, ubi inter se consentiunt, a nobis signo α notantur. In quibus haec inscriptio concilio praefigitur: Sinodus

*) *Haec synodus in libris editis* Concilium Matisconense II. *insignitur.*

(synodus *B*) habita in civium *(sic HA,* concilio *B)* Matescenses (Matescense *B*) anno XXIIII. regni gloriosissimi Gunthramni regis (Guntramni regis *A*, Gunthram *B*).

Adferunt concilium in collectionibus suis Crabbius II, 90, Surius II, 682, Sirmondus I, 381.

Gregorius Turon. H. Fr. VIII, 12. 20 variorum negotiorum a concilio gestorum ac definitorum meminit, quorum tamen in actis, quae conciliorum collectionibus manu scriptis continentur et quae sola hic edere curavimus, nulla fit mentio.

Dies concilii incertus est. Sirmondus et alii, qui diem 23. mensis Octobris ponunt, Gregorium testem proferunt, qui H. Fr. VIII, 7 haec scribit: Discedentes *(sc. episcopi Palladius Santonensis et Bertechramnus Burdegalensis)* . . . cauciones et fideiussores dederunt, ut decimo kalendas mensis noni ad sinodum convenirent[1]. *Cum vero a Gregorio locus concilii hic omittatur et eodem anno etiam in urbem Trecensem Campaniae a regibus Guntramno et Childeberto concilium convocatum sit*[2]*, quod quidem ad irritum redactum est, in dubio relinquitur, utrum dies a Gregorio laudatus ad nostrum Matisconense an ad indictum istud a regibus concilium referri debeat.*

Resedentibus Prisco, Euantio, Praetextato, Bertechramno, Artemio, Sulpitio metropolitanis episcopis cum omnibus consacerdotibus eorum Priscus episcopus patriarcha[3] dixit: Gracias agimus Domino Deo nostro, fratres et consacerdotes mei, qui nos in hac die congregans alterna nos facit suspitate gaudere. Ceteri episcopi responderunt: Gaudemus, frater sanctissime, quod omnes episcopi, qui in regno gloriosissimi domni Gunthramni regis episcopali honore funguntur, in uno se conspiciunt quoadunati concilio. Propterea indesinenter omnes nos orare oportet, ut Dei omnipotentis magestas et regis nostri incolomitatem solita pietate conservet et nos omnes, qui membra sumus unius sub nostro capite quoadunati, illa nos operare concedat, quae serenitati ac maiestate eius rite conplaceant. Universi episcopi dixerunt: Congratulamur et nos, patres sanctissimi, qui per intervalla temporum separati hodie noscimur post tot temporum curricula fraterna dilectione corporaliter iungi; ideoque petemus, ut, quae tractanda sunt, vobis praecipientibus celeriter pertractentur, ne nos seve hiemis procellosa tempestas a sidibus propriis longitudine sua, quantum longe est, arceat. Metropolitani omnes dixerunt: Deo auxiliante commune deliberatione singula, quae necessaria sunt, a nobis

16 pretexato *B* bertechramno *scripsimus,* bertechramnos *HA,* bertechranno *B* 19 fecit *edd.* *post* episcopi *add.* metropolitani *(qui quidem hic intellegendi sunt) edd.* 20 fratres *H* sanctissime] charissime *Crab.* in *om. HA* gloriosi *AB* 21 gumthramni *AB* conspiciunt] B^b, conspicuunt HAB^a quoadunati *scripsimus hic et v. 24,* quodadunati *α* 24 unius] uno *edd.* *post* unius *supplendum esse videtur* corporis *add.* Christo *post* capite *edd.* serenitati] *edd.*, serenitatis *α* maiestati *A*, magestate *B* 25 conplaceant] *B,* conpatiant *H,* conpaceant *A* gratulamur *Crab. Sur.* 26 nascimur *HA* post tot] *edd.*, postotum *H,* post totum *A,* post toti *B* 27 dilectione] *edd.*, dilecti ne *HA,* dilecta ne *B* petimus *B* 28 saeve *A,* seva *B* hiemis] *Sur. Sirm.*, hiemps *α* 29 longitudine sua quantum longe est] quia longe sunt longitudine sua *edd.* arceant *AB* metropolitani — deo *spatio vacuo remisso om. B* omnes dixerunt] *A,* omn̄dr *H* 30 a] *edd., om. α*

1) *SS. Rer. Merov. I, 330.* 2) *Greg. Turon. H. Fr. VIII, 13:* Et quia placitum fuerat, ut Trecas Campaniae urbem de utrumque regnum coniungerent sacerdotibusque de regno Childeberthi congruum non fuit, Felix legatus ... ait: 'Patruus tuus, o rex, diligenter interrogat, quis te ab hac promissione retraxit, ut sacerdotes regni vestri ad concilium, quod simul decreveratis, venire differrent'. *(SS. Rer. Merov. I, 332.)* 3) *Cf. Thom. P. I, l. 1, c. 21, num. 7. 8; Hinschius I, 573, n. 1.*

definientur. Hoc universae vestrae fraternitate suademus, ut ea, quae Spiritu sancto dictante per ora omnium nostrorum terminata fuerint, per omnes ecclesias innotiscant, ut unusquisque, quid observare debeat, sine aliqua excusatione condiscat. Quoniam nos individua Trinitas, quemadmodum spiritu, corpore quoque in uno copulavit conventu, debemus sapienti consilio omnibus subvenire, ne forte taciturnitas nostra et nobis praeiudicium Divinitatis afferat et subiectus in temtatione inducat.

I. Videmus enim populum Christianum temerario more die Dominica contemtui tradere et sicut in privatis diebus operibus continuis indulgere. Propterea per hanc sinodalem nostram epistolam decernimus, ut unusquisque nostrum in sacrosanctis ecclesiis admoneat sibi subditam plebem; et si quidem admonitioni consensum praebuerint, suis proderunt utilitatibus, sin autem, subiacebunt poenis a nobis divinitus definitis. Omnes itaque Christiani, qui non incassum hoc nomine fruimini, nostrae admonitione aurem accomodate, scientes, quoniam nostrae est auctoritatis utilitate vestrae prospicere et a malis operibus cohercere. Custodite diem Dominicam, quae nos denuo peperit et a peccatis omnibus liberavit. Nullus vestrum litium fomitibus vacet, nullus ex vobis causarum actionis exerceat, nemo sibi talem necessitatem exibeat, quae iugum cervicibus iuvencorum imponere cogat. Estote omnes in himnis et laudibus Dei animo corporeque intenti. Si quis vestrum proximam habet ecclesiam, properet ad eandem et ibi Dominico die semetipsum precibus lacrymisque afficiat. Sint oculi manusque vestrae toto illo diem ad Deum expanse. Ipse est igitur dies requietionis perpetuus[1], ipse nobis per septimi diei umbra insinuatos noscitur legibus et profetis. Iustum igitur est, ut hanc diem unanimiter celebremus, per quam facti sumus, quod non fuimus; fuimus enim ante servi peccati, sed per eam facti sumus filii iustitiae. Exhibeamus Dominum liberam servitutem, cuius nos novimus pietate de ergastulis liberatus errores, non quia hoc Dominus noster a nobis expetit, ut corporali abstinentia die Dominica celebremus, sed querit obedientiam, per quam nos calcatis terrenis actibus coelum usque misericorditer proveat. Si quis itaque vestrum hanc salubrem exortationem parvi penderit aut contemtui tradiderit, sciat se pro qualitatis merito principaliter a Deo punire et deinceps sacerdotali quoque irae implacabiliter subiacere; si causedecus fuerit, irreparabiliter causam amittat; si rusticus aut servus, gravioribus fustium ictibus verberabitur; si clericus aut monachus, mensibus sex a consortio suspendetur fratrum[2]. Haec namque omnia et placabilem erga nos Dei animum reddunt et plagas morborum vel sterelitatum amovent atque repellunt. Noctem quoque ipsam, quae nos inspiratae luci inacces-

1 universae] *edd.*, universa α vestrae] *B*, *om. HA*, *coll. post* fraternitati *edd.* 2 per— debeat *om. Sirm.* innotiscantur *B* 3 quid] qui *H* 4 conventus *HA* 6 subiectos *B* temptationem *B*.

Numeri canonum altera manu adscripti sunt H, semper desiderantur A, spatium vacuum remissum est B 7 diem dominicam *B* 9 nostrum] nostro *HA* 10 admonitionem *HA* 12 admonitioni *B* 13 nostra *H* 15 vacet] *B*, vocet *HA* ex vobis] *B*, ex *HA*, *om. edd.* 16 exhibeat *AB* 17 iuvencorum] iumentorum *Crab. Sur.* hymnis *B* 19 lacrimisque *AB* 20 illo die *B* expanse] *B*, expandi *HA* igitur] enim *edd.* 21 septimo *HA*, septimae *edd.* umbram insinuatus *B* legibus] α, *rectius* in lege *edd.* prophetis *B* 22 quod] *A*, qui *B*, quia *H* 23 enim *om. H* filii] servi *Sirm.* domino *B* 24 liberatos erroris *B* 25 diem dominicam *B* 26 quaerit *AB* 27 exhortationem *B* 28 puniri *B* 29 deinceps] *B*, inceps *HA* causadicus *HA* reparabiliter *B* 30 amittat] *B*, mittat *A*, mittit *H*, mittet *Crab.*, omittet *Sur. Sirm.* 31 suspendatur *H* haec] *B*, hanc *HA* 32 sterilitatem *edd.* 33 inspiratae] supernae et *Crab.*

1) *Cf. Hinschius IV, 289, n. 7.* 2) *Cf. Hinschius IV, 290, n. 3.*

sibili reddit, spiritalibus exigamus excubiis nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant, qui nomine tenus Christiani esse noscuntur, sed oremus et vigilemus operibus sacris, ut digni habeamur in regno haeredes fieri Salvatoris[1].

II. Pascha itaque nostrum, in quo summus sacerdus ac pontifex pro nostris delictis nullam habens obnoxiationem peccati immolatus est, debemus omnes festissime colere et sedulae observationis sinceritate in omnibus venerari, ut illis sanctissimis sex diebus nullus servile opus audeat facere, sed omnes simul quoadunati himnis paschalibus indulgentes perseverationis nostrae praesentiam cotidianis sacrificiis ostendamus, laudantes creatorem ac regeneratorem nostrum vespere, mane et meridie.

III. Relatione quorumdam fratrum nostrorum comperimus Christianos non observantes legitimum diem baptismi paene per singulus dies ac natalis martirum filios suos baptizare, ita ut vix duo vel tres reppereantur in sanctum pascha, qui per aquam et Spiritum sanctum regenerentur. Idcirco censemus, ut ex hoc tempore nullus eorum permittatur talia perpetrare, praeter illos, quos infirmitas nimia aut dies extremus compellit filios suos baptismum percipere. Ideoque praesentibus admonitionibus a suis erroribus vel ignorantia revocati omnes omnino a die quadragensimo cum infantibus suis ad ecclesiam observare praecipimus, ut inpositionem manus certis diebus adepti et sacri olei liquore peruncti ligitimi diei festivitate fruantur et sacro baptismate regenerentur, quo possint et honoribus, si vita comis fuerit, sacerdotalibus fungi et singulares celebrationes solemnitate frui[2].

IV. Resedentibus nobis in sancto concilio cognovimus quosdam Christianos relato fratrum a mandato Dei aliquibus locis deviasse, ita ut nullus eorum legitimo obsecundationis parere vellit offitio Deitatis, dum sacris altaribus nullam admovent hostiam. Propterea decernimus, ut omnibus Dominicis diebus aris oblatio ab omnibus viris vel mulieribus offeratur tam panis quam vini, ut per has immolationes et peccatorum suorum fascibus careant et Abel vel ceteris iuste offerentibus promereantur esse consortes. Omnes autem, qui definitiones nostras per inoboedientiam evacuare contendit, anathema percellatur[3].

V. Omnes igitur reliquas fidei sanctae catholicae causas, quas temporis longitudine cognovimus deterioratas fuisse, oportet nos ad statum pristinum revocare, ne nos novis simus adversarii, dum ea, quae cognuscimus ad nostri ordines qualitatem per-

1 reddidit *Sur. Sirm.* 2 tenus] *Sur. Sirm.*, actenus α, dumtaxat *Crab.* 3 cohaeredes *Crab. Sur.*
7 hymnis *B* 8 ostendemus *HA* 9 vespere] *B*, vesper et *H*, vesper *A*.
11 martyrum *B* 12 sancto *B* 14 talia] *B*, alia *HA* illis *B* 15 filios suos] *Crab. Sur.*, filiis suis α baptismum] *edd.*, *om.* α 16 quadragesimo *B* 17 inpositio *HA* manuum *Sirm.* 19 fungi] *B*, fingi *HA* 20 solemnitate] *edd.*, solemnitates (soll-) *HB*, solemnitatis *A*.
21 relatu *B* relato fratrum] relicto fratrum coetu *edd.* 22 legitimo—deitatis *lectio corrupta est* 23 parere] *B*, pare *HA* nullam] *B*, illum *HA*, illam *Crab. Sur.* 24 aris] altaris *edd.* oblationem *B* 25 offeratur] *edd.*, offerre α 26 *add.* cum *ante* Abel *edd.* 27 omnis *B* inoboedientie *H*, inoboedientia *A* contendunt ... percellantur *edd.* 28 anathema] *H*, anathemate *AB*.
29 reliquas] *edd.*, relegiose α temporibus *B* 30 nos *post* ne *om. edd.* 31 adversarius *B*

1) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 31 (28); Loening II, 457. Huius canonis praecepta comprobata et promulgata sunt edicto Guntramni regis 'De celebrando die Dominico', quod datum est a. 585. Nov. 10. (LL. Sect. I. Capitularia regum Francorum, T. I, p. 10); vide Loening II, 151; Hinschius III, 542, n. 3.* 2) *Ex Greg. Turon. H. Fr. VIII, 9 colligitur tunc non inusitatum fuisse etiam in aliis festivitatibus baptizari, quod hic canon prohibet. Cf. Loening II, 352, n. 2; Hinschius IV, 30, n. 7; 35, n. 4.* 3) *Cf. Thom. P. III, l. 1, c. 13, num. 5.*

tinere, aut non corregimus aut, quod nefas est, silentio praeterimus. Legis itaque divinae consolentes sacerdotibus ac ministris ecclesiarum pro hereditaria portione omni populum preciperunt decimas fructuum suorum locis sacris praestare, ut nullo labore inpediti horis legitimis spiritalibus possint vacare misteriis, quas legis Christianorum congeries longis temporibus custodivit intemeratas. Nunc autem paulatim praevaricatores legum peni Christiani omnes ostenduntur, dum ea, quae divinitus sanccita sunt, adimplere neglegunt. Unde statuimus ac decernimus, ut mos antiquus a fidelibus reparetur et decimas ecclesiasticis famulantibus ceremoniis populos omnis inferat, quas sacerdotes aut in pauperum usibus aut captivorum redemptionem prerogantis suis orationibus populo pacem ac salutem impetrent. Si quis autem contumax nostris statutis saluberrimis fuerit, a membris ecclesiae omni tempore separetur[1].

VI. Item decernimus, ut nullus presbiterorum confertus cibo aut crapulatus vino sacrificia contrectare aut missas pribatis festisque diebus praesumat concelebrare; iniustum est enim, ut spiritali alimento corporale praeponatur. Sed si quis hoc adtemptare curaverit, dignitatem amittat honoris. Iam enim de tali causa et in conciliis Africanis definitum est, quam definitionem nostre quoque dignum duximus sotiare; cetera et ad locum: *Sacramenta excepta quinta feria pasche non nisi a ieiunis concelebrentur*[2]. Quaecumque reliquiae sacrificiorum post peractam missa in sacrario supersederint, quarta vel sexta feria innocentes ab illo, cuius interest, ad ecclesiam adducantur et indictum eis ieiunio easdem reliquias conspersas vino accipiant[3].

VII. Dum postea universo coetui secundum consuetudinem recitata innotescerent, Praetextatus et Pappolus viri beatissimi dixerunt: Decernat itaque et de miseris libertis vestrae auctoritatis vigor insignis, qui ideo plus a iudicibus affliguntur, quia sacris sunt commendati ecclesiis, ut, quas se quispiam dixerit contra eos actionis habere, non audeat eas magistratui cumtradere, sed in episcopi tantum iudicio, in cuius presentia litem contestans quae sunt iusticie ac veritatis, audiat. Indignum est enim, ut hii, qui in sacrosancta ecclesia iure noscuntur legitimo manumissi, aut per epistolam aut per testamentum aut per longinquitatem temporis libertatis iure fruuntur, a quolibet

1 quod] quia *H* leges *B* 2 consulentes *B* hereditatis *Sirm.* 3 populo *B* 4 inpediti horis] *B*, inpetitiores *HA*, impeditiores *Sur.*, impediti per res *Crab.* illegitimas *Crab.*, legitime *Sur.* possit *HA* mysteriis *B*, ministeriis *edd.* leges *B* 6 pene *B* 7 reparatur *H* 8 quas] quibus *Crab.* 9 usum *edd.* prerogantes *B*, prorogatis *Crab.* 12 presbiterorum] *B*, prb̄m *HA* 13 festisque] feriatisque *B* praesumat] *B*, *om. HA* 14 adtemtare *A*, attentare *B* 15 amittat] *B*, omittat *HA* 16 nostro *edd.* cetera] decreto *edd.* 17 non nisi a ieiunis *correximus secundum c. 41 conc. Carthag. ap. Dionys. (Brev. Hippon. c. 28)*, nisi ieiunio *α*, *edd. praebent textum integrum primae partis canonis, cf. infra n. 2* concelebrentur] non cáelebrentur *B* 18 missam *B* 19 cuius] *edd.*, cui *α* 20 eis] A^b, eius HA^a, est *B* ieiunii *B* accipiant] percipiant *edd.* 21 *add.* quae *ante* dum *edd.* coetus *HA* innotesceret *H* 22 pretexatus *B* pappulus *B* 24 quas se] si quas *edd.* actiones *B* 25 eas *correximus*, eos *B et edd.*, eius *HA* cumtradere] *H*, contradere *AB* presentia litem contestans *scripsimus cum Sur. Sirm.*, presentialiter contestant *HA*, patrocinio presenti aliter constant *B*, iudicio principaliter constant *Crab.* 26 iustitiae *AB* audiat *om. Crab.* hi *B* 27 nascuntur *HA* legitime *B* manumissi] *B*, manemissi *H*, manamissi *A* aut *post* manumissi *om. H* 28 *add.* ne *ante* a *Crab.*

1) *Cf. epist. episcoporum ad plebem supra p. 137; Thom. P. III, l. 1, c. 6, num. 4; Richter, Kirchenrecht § 309, n. 3; Loening II, 677, n. 3.* 2) *Summarium primae partis canonis 41 conc. Carthag. ap. Dionys. (Brev. Hippon. c. 28), cuius verba haec sunt: Ut sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur excepto uno die anniversario, quo coena Domini celebratur.* 3) *Cf. Hinschius IV, 67, n. 4.*

iniustissime inquietentur[1]. Universa sacerdotalis congregatio dixit: Iustum est, ut contra calumniatorum omnium versutias defendantur, qui patrocinium immortalis ecclesiae concupiscunt et, quicumque a nobis de libertis latum decretum superbiae nisu praevaricare temtaverit, inreparabile damnationis suae sententiam feriatur. Sed si placuerit episcopo, ut secum ordinarium iudicem aut quemlibet alium saecularem in audientiam eorum arcessiret, cum libuerit, fiat, ut nullus alius audeat per causas transire libertorum nisi episcopus, cuius interest, aut his, cui idem audiendum tradiderit[2].

VIII. Item Christianae religionis negotia pertractantes comperimus quosdam Seudochristianos de sacrosanctis ecclesiis suae religionis oblitus fugitivos subtrahere. Ideoque vim illatam nequaquam inultam relinquentes censemus pro Dei timore, ut, quicumque culpa compellente aut potentum importunia non sustinens suae gremium matris ecclesiae petierit, usque in praesentiam sacerdotes in eodem loco inconcusse permaneat, nulli permittentes quolibet dignitatis gradu functo fugitivo etiam in locis sacris violentiam inferre. Si enim mundani principes suis legibus censuerunt, ut, quicumque ad eorum statuas fugiret, inlesus habeatur, quanto magis hi permanere debeant indemnati, qui patrocinia inmortalis regni adepti sunt celestis? Si tamen aliquo facto tenentur obnoxii, qui ad ecclesiam sunt fugam versi, quoram sacerdote culpae eorum innotescant et ipsi consultum ferant, qualiter Dei habitaculum per subtractione non violetur illorum[3].

IX. Licet reverentissime canones atque sacratissime legis[4] de episcopali audientia in ipso pene Christianitatis principio sententiam protulerint, tamen quoniam eandem postpositam humanam in sacerdotibus Dei incrassatur temeritas, ita ut eos de atriis venerabilium ecclesiarum violenter abstractos ergastulis publicis addicant, censemus, ut episcopum nullus saecularium fascibus praeditus iure suo contumaciter ac perpere agens de sancta ecclesia, cui praeest, trahere audeat; sed si quas intentiones adversus episcopum potentior persona habuerit, pergat ad metropolitanum episcopum et ei causas adlegit et ipsius sit potestatis honorabiliter episcopum, de quo agitur, evocare et in eius presentiam accusatore respondeat et oppositas ibi actiones[5] exerceat[6]. Quod si talis fuerit inmanitas causae, ut eam solus metropolitanus definire non valeat, advocet secum unum vel duos quoepiscopos; quod si et ipsis dubietas fuerit, conciliabulum

2 ecclesia *HA* 3 latum] lectum *B* nisu] ausu *edd.* 4 temptaverit *AB* sententia *B* 5 ut secum *om. edd.* 6 arcessiret *correximus,* arcessire ut *HA,* arcessire sicut *B,* accersiri *edd.* ut] et *Sirm.* per causas transire] causas pertractare *edd.*

8 christiani *HA* pseudochristianos *B* 9 oblitos *B* 11 gremium] *edd.,* gremia *B,* gramia *HA* 12 inconcusse] *edd.,* incusse (i-sae) *α* permaneat] *edd.,* permaneant *α* 14 si] *Sirm.,* sic *α* 15 statuas] *edd.,* stata *α* fugerit *B* debent *edd.* 16 regni] *edd.,* regine *α* adepti sunt celestis] et coelestis adepti sunt *edd.* 17 fugam] *α,* a fuga *edd.* ipse . . . ferat *Sur. Sirm.* 18 subtractionem *B.*

19 reverentissimi *B* 20 ipso] *edd.,* ipsa *α* paene *AB* sententiam] *edd.,* sententie (s-tiae) *α* protullerunt *H* eadem postposita humana *B* 21 sacerdotes *edd.* grassatur *edd.* eos] *B,* eo *HA, om. Crab.* 22 abstractos] *edd.,* adtractus *HA,* adtractos *B* addicant] *Sur. Sirm.,* abducent *HA,* abdicent *B,* adducant *Crab.* 23 epōs *B* perperam *edd.* 24 quas intentiones *scripsimus,* a qua sententiones *H,* a quas intentiones *A,* aliquas intentiones *B,* aliquid (quid *Sirm.*) contentionis *edd.* 26 episcopum] *edd.,* ab episcopo *α* et] ut *edd.* 27 accussatori *B* oppositas ibi *scripsimus,* oposita sibi *B,* adpositas sibi *HA,* oppositas sibi *edd.* exerceat] extricet *edd.* 28 *add.* causa *post* talis *et om.* causae *post* inmanitas *H*

1) *Cf. conc. Agath. c. 29; Thom. P. II, l. 3, c. 88, num. 6.* 2) *Cf. Loening II, 237, n. 1. 2.* 3) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 22; Thom. P. II, l. 3, c. 97, num. 6.* 4) *Cf. c. 12 cum interp. Th. C. de episcopis XVI, 12; iunge Loening II, 520. 521, n. 1.* 5) *vox* actiones *hic expositionem causae significat, quam ab accusatore factae expositioni reus opponit, arg. c. 1 Th. C. de appell. et poen. XI, 30.* 6) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 17.*

definitum diem vel tempore instituant, in quo universa rite collecta fraternitas coepiscopi sui causas discutiat et pro merito aut iustificet aut culpet[1]. Nefas est enim, ut illius manibus episcopus aut iussione de ecclesia trahatur, pro quo semper Deum exorat et cui invocato nomine Domini ad salvationem corporis animaeque eucharistia saepe porrexit. Hoc enim decretum a nobis infixum qui fuerit audaciter transgressus, tam ipse quam omnes, qui ei consenserint, usque ad generalem concilium anathemate de ecclesia suspendantur[2].

X. Quod de episcopis censuemus, obteneat et in clero, ut neque presbyter neque diaconus neque subdiaconus de ecclesiis trahantur aut iniuriam aliqua inscio episcopum eorum patiantur; sed, quidquid quis adversus eos habuerit, in notitiam episcopi proprii perducat et ipsi causa iustitia preeunte discutiens animo clericos accusantis satisfatiat[3].

XI. Sectatores nos hospitalitatis esse non solum Dominus Iesus admonet, cum se dicit in hospidem receptum fuisse, sed etiam eius apostolus omnibus paene suis praeceptis. Propterea, beatissimi fratres, unusquis nostrum oportet non solum semet ipsum ad hoc opus hortari, sed etiam omnium fidelium mentis, ut possent apud Deo misericordiae operibus pro nostris peccatis intercedere et nos ei per veram hospitalitatem reconciliare. Si quis ergo nostrum non ammonuerit aut exemplum exortationis sue ipsi prius opere non conprobaret, indignationem procul dubio incurrit Domini maiestatis. Predicetur hoc nostrae mediocritatis statutum in auribus omnium Christianorum[4]. Cf. Matth. 25, 35.

XII. Quid autem scriptura divina de viduis et pupillis praecipiat, nobis clam non est. Ideoque quoniam provisioni nostre Deo auctore causae principaliter viduarum et pupillorum sunt commissae, pervenit ad nos, quod a iudicibus crudelius pro levissimis causis, velut defensore carentes, inremediabiliter adfligantur. Ob quam causam decernimus, ut iudicis non prius viduas et pupillos conveniant, nisi episcopo nunciarent, cuius sub velamine degunt — quod si episcopus praesens non fuerit, archidiacono vel presbytero cuidam eius —, ut pariter sedentes communi deliberatione causis eorum terminus figant ita iusti ac recte, ut deinceps de talibus ante dictae personae non conquassentur. Quod si his, qui iudex est aut inpetitor, eis iniuriam aliquam ingesserit aut definitionem

1 definito die *B* collecta fraternitas] *Sur. Sirm.*, collecte (collecta *B*) fraternitatis *α*, collecti fratris sui et *Crab.* 2 discutiant ... iustificent ... culpent *Crab.* 4 animaeque] *edd.*, animique *α* eucharistiam *B* 5 infixum] praefixum *edd.* 6 generale *B* 7 suspendantur] separentur *edd.* 8 censemus *B* vim obtineat *Crab.* obtinet *Sirm.* 9 aliquam *B* episcopo *B* 10 patiantur] *edd.*, patientur *α* 11 ipse causam *B* iustitie *H* pereunte *HA* accusantes *B*.

13 hospidem] hospite *B* 14 unusquis] unumquemque *B* 15 hortari] *Sur. Sirm.*, optare *corrupte ex forma vulgari* ortare *HA*, aptare *B* possint *B* apud deo *scripsimus*, deo *HA*, ad deum *B*, apud Deum *edd.* 16 operibus] *B*, operis *HA* per veram] *Crab.*, perperam *HA*, per ipsam *B*, per puram *Sur. Sirm.* 17 exhortationis *B* ipse *B* 18 non *om. HA* conprobaverit *B* indignationem divinae *Crab.* incurret *B* domini *om. Crab.* 19 statum *HA*.

21 provisioni] *edd.*, provisionis *α* deo] *B*, dū *H*, dum *A* 22 pupillarum *HA* iudicibus *om. B* 24 nisi] quam *B* episcopo] *B*, episcopi *A*, epī *H* nuntient *B* 25 quod] quia *H* archidic̄ *H* archidiaconus et presbyter *omissis verbis* cuidam eius ut *Crab.* 26 cuiusdam *B* terminos *B* 27 iuste *B* dicti *HA* 28 quod] *A*, quia *H*, qui *B* is *B* inpetitor] *B*, inpeditur *HA*

1) *Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 105, num. 9.* 2) *Cf. Hinschius IV, 857, n. 3.* 3) *Cf. conc. Matisc. a. 583. c. 7; Thom. P. II, l. 3, c. 105, num. 3. 9; Nissl, Gerichtsstand p. 199; Hinschius IV, 850, n. 2; 857, n. 3.* 4) *Cf. Thom. P. III, l. 3, c. 47, num. 2.*

tanti concilii transgressus fuerit, a communione suspendatur. Quibus igitur magnarum rerum curae commissae sunt, nec minimarum dignum est parvi pendere personarum; solent enim et minima paulatim despecta in malum magnum trahere[1].

XIII. Propterea tractatis omnibus, quae divine vel humane iuris fuerunt, et finem usque perducta putavimus congruum esse de canibus etiam vel accipitribus aliqua statuere. Volumus igitur, quod episcopalis domus, quae ad hoc Deo favente instituta est, ut sine personarum acceptione omnes in hospitalitate recipiat, canes non habeat, ne forte hii, qui in ea miseriarum suarum levamen habere confidunt, dum infestorum canum morsibus laniantur, detrimentum versa vice suorum susteneant corporum. Custodienda est igitur episcopalis habitatio hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morsibus venenosis. Ubi igitur Dei est assiduitas cantilenae, monstrum est et dedecoris nota canes ibi vel accipitres habitare[2].

XIV. Ex interpellatione quorumdam cognovimus calcatis canonibus et legibus hi, qui latere regis adhaerent, vel alii, qui potentia saeculari inflantur, res alienas competere et nullis exertis actionibus aut convintionibus praerogatis miseros non solum de agris, sed etiam de domibus propriis exolare. Idcirco in medio consolentis decernimus, ut deinceps huius mali licentia quispiam non habeat, sed secundum canonum atque legum tenore causarum suarum actione proponat, ut nullus miserorum rebus suis per virtute aut adsentatione quamlibet defraudetur. Illi autem, qui contra dispositum non solum nostrum, sed etiam antiquorum patrum et regum venire temtaverint, procellosi anathematis ultione plectantur[3].

XV. Et quia ordinatione sacerdotum annuente Deo congruit de omnibus disponere et causis singulis honestum terminum dare, ut per hos reverentissimus canones et praeteritorum canonum viror ac florida germina maturis fructibus enitiscant, statuemus, ut, si quis saecularium honoratorum in itinere obviam habuerit aliquem ecclesiasticorum graduum usque ad inferiorem gradum honores, veneranter, sicut condecet Christianum, illi colla subdat, per cuius officia et obsequia fidelissima Christianitatis iura promeruit. Et si quidem illi seculares aequo vehitur clericusque similiter, seculares galerum de capite auferat et clerico sincere salutationis munus adhibeat; si vero clericus pedes graditur et seculares vehitur equo, illico ad terram defluat et debitum honorem sepe

1 magnorum *B* 2 curae] *B*, curate *HA*, causae *edd.* commissae sunt] commisserunt *B* *add.* causas *ante* parvi *edd.* 3 despecta] *B*, dispectam *HA*.
4 *add.* legis *post* divine *B* humani *B* 5 ad finem usque *B* perductis *B* *add.* scribere *post* etiam *B* accipitrem *HA* 6 aliqua statuere] *edd., om.* α quod] *B*, que *H*, quae *A* 7 hospitalem *B* 8 habeat] *edd.*, habere α hi *B* 9 susteneat *H* 10 latratibus] *edd.*, latrantibus *HA*, latrantibus canibus *B* 11 est *om.*, *add.* esse debet *post* cantilenae *B*.
13 *add.* quod *ante* calcatis *edd.* leigibus *B* 14 lateri *B* alii qui *correximus*, aliqui *HA*, aliqua *B*, aliqui qui *edd.* 15 nullus *HA* excertis *B* convictionibus *Sur. Sirm.* 16 in medio consolentis] α, in remedium consulentes *edd.* 17 licentiam *B* 18 tenorem *B* actionem *B* proponant *HA* 19 virtute] *HA*, virtutem *B*, vim *edd.* adsentiationem *B* 20 temptaverint *AB*.
23 ut] *edd., om.* α et] ut *B* 24 statuimus *B* 25 saecularium *om. Crab.* *add.* quempiam clericorum *ante* honoratorum *edd.* honoratorium *B* obviam] *B*, obiam *HA*, obvium *edd.* aliquem eccles. graduum] *B*, *om. HA* 26 honoris *B* venerantur *B* 27 ille *AB* 28 golerum *H* 29 clericus incere *HA* salutatione *A*, salvatione *H* 30 *add.* sublimis *post* equo *Sur. Sirm.* debiti honores *HA* sepe dicto] praedicto *edd.*

1) *Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 88, num. 2.* 2) *Cf. conc. Epaon. c. 4; Thom. P. III, l. 3, c. 42, num. 2.* 3) *Cf. Hinschius IV, 831, n. 1.*

dicto clerico sincerae caritatis exhibeat, ut Deus, qui vera caritas est, in utrisque laetetur et dilectione suae utrumque ascescat[1]. Qui vero horum, quae Spiritu sancto dictante sanccita sunt, transgredi voluerit, ab ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quantum episcopus illius ecclesiae voluerit, suspendatur.

XVI. Illud quoque rectum nobis visum est disponere, ut, quae uxor subdiaconi vel exorcistae vel acoliti fuerat, mortuo illo secundo se non audeat sotiare matrimonio. Quod si feceret, separetur et in coenubiis puellarum Dei tradatur et ibi usque ad exitum vitae suae permaneat[2].

XVII. Comperimus multos necdum marcidata mortuorum membra sepulchra reserare et mortuos suos superimponere vel aliorum, quod nefas est, mortuis suis relegiosa loca usurpare, sine voluntate scilicet domini sepulchrorum. Ideoque statuemus, ut nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secundum legum auctoritatem superimposita corpora de eisdem tumulis reiactentur.

XVIII. Incestam copulationem, in qua nec coniunx nec nuptiae recte appellare legis sanxerunt, catholicam omnino detestatur atque abominatur ecclesiam et gravioribus penis eos afficere promittit, qui nativitatis suae gradus libidinoso ardore contemnentes in merda, quod nefas est, sua ut sues teterrimi convolvuntur[3].

XIX. Cognovimus etiam quosdam clericorum infreniticus ad forales reorum sententias frequenter accedere. Propterea prohibitionis eorum accessus hunc canonem protulimus definientes, ut ad locum examinationis reorum nullus clericorum accedat neque intersit atrio sauciolo, ubi pro reatus sui qualitate quispiam interficiendus est[4]. Si tamen et nunc aliquis eorum definita contempnens illuc accesserit aut interfuerit, defraudatus onesti honoris stola illis gregibus examinatorum societur, quos divinis pretulit ministeriis[5].

XX. Universae fraternitatis deliberatione ac disputatione complacuit, ut antiquorum patrum iura in omnibus custodita ad synodum post trietericum tempus omnes conveniant, ut de alterna principaliter sospitate exhilarati causarum exsurgentium tam divinae relegionis quam humanae necessitates discutiant et omnibus iustum aequumque

2 et *om. HA* dilectioni *B* dilectione sua *Crab. Sur.* adsciscat *B*, *ad hanc v. Crab. Sur. in marg.:* adstringat horum aliquod *B*, haec *Sur. Sirm.* 4 quantum] quamdiu *edd.* 5 rectum] *B*, reatum *HA* 6 exhorcistae *B* 7 quid *HA* coenobiis *B* ibidem *edd.* 9 marcidatis ... membris *edd.* 11 domine *HA* statuimus *B* 12 legem *Crab.* auctoritatem] *B*, *om. HA et Crab.*, decreta *Sur. Sirm.* 13 tumulis] stimulis B^a. 14 in qua] quam *B* coniunx] *edd.*, dux *α*, *Sur. in marg.:* dos nuptias *B* 15 leges *B* sancxerunt *AB* catholica ... ecclesia *B* 16 poenis *AB* libidonoso *HA* 17 merda] *edd.*, ordo *α* sua] *Sirm.*, suum *α*, *om. Crab. Sur.* teterrimi] *edd.*, deterrimi *α*. 18 quosdam] *edd.*, quondam *HA*, quaosdam *B* infreniticus] infrunitos *edd.* 20 ut] et *H* reorum] *edd.*, eorum *α* 21 si tamen] sit autem *B* 22 et] ex *Crab.*, *om. Sur. Sirm.* aliquis] *B*, aliquid *HA* contemnens *AB* illuc] *B*, illud *HA* defraudator *B* 23 onosti *A*, honesti *B* illis] *Sur. Sirm.*, illius *α*, *om. Crab.* 24 mysteriis *Sur. Sirm.* 25 disputatione] definitione *edd.* 26 iuribus ... custoditis *edd.* trietericum] triennii *Crab. Sur.*, *Sur. in marg.:* trietericum 27 sospitati *A* causas exurgentes *Sirm.*, *item Sur. in marg.* 28 humana *HA* omnibus] oms *B*

1) *Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 60, num. 6.* 2) *Cf. Thom. P. I, l. 3, c. 51, num. 9; Freisen, Gesch. d. canon. Eherechts p. 747.* 3) *Cf. conc. Lugd. a. 581. c. 4.* 4) *Cf. Loening II, 314, n. 2.* 5) *Cf. Nissl p. 23, n. 3.*

finem imponant. Et hoc adimplere sollicitudinis sit metropolitane Lugdunensis episcopi una cum dispositione magnifici principes nostri prius definientis locum mediterraneum, ad quem omnes episcopi sine labore alacres congregentur. Et si aliqui eorum contumax fuerit aut excusationem falsae necessitatis, quare non intersit, invenerit et postea publicatum fuerit, quod inepta erat eius excusatio, volumus, ut usque ad concilium universale a communione et a caritate fraterna maneat alienus[1].

Subscriptiones episcoporum.

Priscus episcopus ecclesiae Lugdunensis subscripsi.
Euantius episcopus ecclesiae Uiennensis subscripsi.
Pretextatus episcopus ecclesiae Rotomagensis subscripsi.
Bertechramnus episcopus ecclesiae Burdegalensis subscripsi.
Artemius episcopus ecclesiae Senonice subscripsi.
Sulpitius episcopus ecclesiae Betoriue subscripsi.
Siagrius episcopus ecclesiae Eduorum subscripsi.
Orestis episcopus ecclesiae Uastice subscripsi.
Faustus episcopus ecclesiae Ausciorum subscripsi.
Aunacharius episcopus ecclesiae Autisiderensis subscripsi.
Esitius episcopus ecclesiae Gracinopolitane subscripsi.
Siluester episcopus ecclesiae Uisoncensis subscripsi.
Teudorus episcopus ecclesiae Massiliensis subscripsi.
Feriolus episcopus ecclesiae Lemodicine subscripsi.
Palladius episcopus ecclesiae Santonice subscripsi.
Ragnoaldus episcopus ecclesiae Ualentine subscripsi.
Pappolus episcopus ecclesiae Carnotine subscripsi.
Eraclius episcopus ecclesiae Diniensis subscripsi.
Eusebius episcopus ecclesiae Matescensis subscripsi.
Namaticius episcopus ecclesiae Aurilianensis subscripsi.
Agrecola episcopus ecclesiae Niuernensis subscripsi.
Ragnebodus episcopus ecclesiae Parisseorum subscripsi.
Mummolus episcopus ecclesiae Lingonice subscripsi.
Marius episcopus ecclesiae Auentice subscripsi.
Trapecius episcopus ecclesiae Aurasice subscripsi.
Flauius episcopus ecclesiae Cabillonensis subscripsi.
Ueranus episcopus ecclesiae Cabellicorum subscripsi.
Antidius episcopus ecclesiae Agennensium subscripsi.
Carterius episcopus ecclesiae Petrocorice subscripsi.
Rusticus episcopus ecclesiae Uicoiuliensis subscripsi.
Sauinus episcopus ecclesiae Bernarnensium subscripsi.

1 in finem *HA* metropolitani *B* 3 ad quem] *B*, atque *HA* aliquis *B* 4 necessitati *HA* quare non] *edd.*, qualiter *HA*, qualiter ne *B*.

8 subscripsi] subscrip̄ *hic, postea plerumque* subs̄ *vel* sūb, *v. 16* subs̄i *H*, subs̄i *vel* sūb *A*, subscr *B* 10 rotomagensis] *B*, rotomoinsis *H*, rotomaoinsis *A* 14 aeduorum *A* 15 *Orestis subscriptionem antecedit Fausti subscriptio B* 20 teodorus *B* 27 aurelianensis *B* 28 *Agricolae subscriptio cum Ragnebodi subscriptione sic confunditur:* agricola e. e. parisiorum s. *B* 29 parisiorum *A* 33 cabilonensis *B* 36 casterius *H*

1) *Cf. conc. Turon. a. 567. c. 1.*

Rufinus episcopus ecclesiae Combenice subscripsi.
Nicasius episcopus ecclesiae Aquilimensium subscripsi.
Baudigisilus episcopus ecclesiae Celomantorum subscripsi.
Chariato episcopus ecclesiae Genauensis subscripsi.
Lucerius episcopus ecclesiae Elaborensium subscripsi.
Amelius episcopus ecclesiae Bioretane subscripsi.
Ursitinus episcopus ecclesiae Cadorcine subscripsi.
Urbicus episcopus ecclesiae Regensis subscripsi.
Aridius episcopus ecclesiae Uappicensis subscripsi.
Emeritus episcopus ecclesiae Ebridunensis subscripsi.
Hiconius episcopus ecclesiae Mauriennatis subscripsi.
Agrecius episcopus ecclesiae Glannatine subscripsi.

Item missi episcoporum qui in ea synodo subscripserunt.

Saupaudi episcopi ab Arelato.
Deuteri episcopi a Uentio.
Pienti episcopi ab Aquis.
Laban episcopi ab Elosa.
Optati episcopi ab Antepoli.
Desiderii episcopi a Telone.
Pauli episcopi a Dea.
Magnulfi episcopi a Tolosa.

Pologronius episcopus ecclesiae Segesterice subscripsi.
Martianus episcopus ecclesiae Tarantasie subscripsi.
Artemius episcopus ecclesiae Uasensis subscripsi.
Boetius episcopus ecclesiae Carpentorasensis subscripsi.
Pappus episcopus ecclesiae Aptensium subscripsi.
Eusebius episcopus ecclesiae Tricassinorum subscripsi.
Felix episcopus ecclesiae Belesensis subscripsi.
Agrecius episcopus ecclesiae Tricassine subscripsi.

Catholini episcopi a Niccia.
Eliodori episcopi a Sedunis.
Iohannis episcopi ab Auione.
Uigili episcopi a Senectio.

Item episcopi qui in ea sinodo fuerunt non habentes sedes:

Frunimius episcopus[1]. Promotus episcopus[2]. Fautianus episcopus[3].

Explicit sinodus Matescensis.

3 caelomantorum *AB* 4 chariatus *B* 6 biorecane *B* 14 ab antepoli *correximus*, ab tepoli *HA*, aptepoli *B* 15 uentio] uenuentio *AB* a telone *correximus*, antelone *α* 17 elusa *B* 18 pilogronius *B* 21 carpentoranensis *B* 24 *Felicis et Agrecii subscriptiones desiderantur B* 26 caxholini *B* niccia] *AB*, nacia *H* *post* niccia *add.* subscripsi *α* 27 eliodori] *AB*, eladori *H* *post* sedunis *add.* subscripsi *H* 31 fronimius *AB* faucianus *AB*.

1) *Cf. Gallia Christ. VI, 668.* 2) *Fortasse ille, qui a synodo Parisiensi a. 573. hab. depositus erat.* 3) *Cf. Gallia Christ. I, 1039.*

CONCILIUM A REGE GUNTRAMNO

indictum in a. **588.** Iun. 1.

Gregorius Turon. H. Fr. IX, 20 res a. 588. gestas describens haec narrat: Et ego *(sc. Gregorius ipse ad regem Guntramnum missus)*: 'Indecastis enim nepoti vestro *(sc. regi Childeberto)*, ut omnes regni sui episcopi in unum convenirent, quia multa sunt, quae debeant indecare. Sed iuxta consuetudinem canonum placebat gloriosissimo nepoti vestro, ut unusquisque metropolis cum provincialibus suis coniungeretur et tunc, quae inracionabiliter in regione propria fiebant, sanccione sacerdotali emendarentur. Quae enim causa extat, ut in unum tanta multitudo conveniat? Aeclesiae fides periculo ullo non quatitur; haeresis nova non surgit. Quae erit ista necessitas, ut tanti debeant in unum coniungi domni sacerdotes?' Et ille: 'Sunt multa, inquid, quae debeant discerni, quae iniuste gesta sunt tam de incestis, quam de ipsis, quae inter nos aguntur causis. Sed praecipue illa Dei causa extat omnibus maior, ut inquerere debeatis, cur Praetextatus episcopus gladio in aeclesia fuerit interemtus. Sed et de his, qui pro luxoriam accusantur, debet esse discussio, ut aut victi sanctione sacerdotali debeant emendari, aut certe, si innocentes inveniuntur, publice error criminis auferatur.' Tunc iussit, ut in kalendis mensis quarti *(sc. Iunii)* haec sinodus prolongaretur[1]. *Synodus, quae rege iubente congregari debuit, sitne habita ignoramus.*

1) *SS. Rer. Merov. I, 378.*

CONCILIUM INCERTI LOCI.

589. Nov. 1.

De alia synodo Guntramni regis iussu congregata e Gregorio Turon. H. Fr. IX, 32 compertum habemus. Exponens ibidem discordias inter Guntramnum et Childebertum reges haec scribit: Multa autem et in Brunichildem regina opprobria iactabat *(sc. Gun-*

tramnus), dicens eius consilio haec fieri, addens etiam, quod Gundovaldi quondam filium invitatum coniugio copulare vellit; unde etiam synodum episcoporum in kalendas Novembris congregare praecepit. Multique de extremis partibus Galliarum ad hoc conventum properantes de via regressi sunt pro eo, quod Brunichildis regina se ab hoc crimini exuit sacramentis[1].

1) *SS. Rer. Merov. I, 386.*

CONCILIUM SAURICIACENSE.

589.

Gregorius Turon. H. Fr. IX, 37 inter res a. 589. gestas mentionem facit synodi apud Sauriciacum villam habitae. Erat enim, *inquit*, apud urbem Sessionas his diebus Droctigisilus episcopus, qui propter nimiam, ut ferunt, putationem quarto instante anno sensum perdiderat. Adserebant enim multi civium, quod hoc etiam ei maleficiis accessisset per emissionem archidiaconi, quem ab honore reppulerat, in tantum ut infra muros urbis hanc amentiam magis haberit; si vero de civitate fuisset egressus, agebat commodius. Cumque rex supra dictus ad urbem venisset et hic melius ageret, non permittibatur ingredi urbem propter regem, qui advenerat. Et licet esset vorax cibi ac putator vini extra modum, quam sacerdotalem cautelam decit, tamen nullum de eo adulterium quispiam est locutus. Verum tamen in sequenti cum apud Sauriciacum[1] villam episcoporum sinodus adgregata fuisset, iussum est, ut liceret ei ingredi urbem suam[2].

1) *Cf. Longnon, Géographie de la Gaule au VI. siècle p. 402.* 2) *SS. Rer. Merov. I, 391.*

CONCILIUM PICTAVIENSE.

590. post Mart. 26.

Gregorius Turon. H. Fr. IX, 39—43, X, 15—17 multa enarrans de magnis contentionibus abbatissam inter et monachas monasterii Pictaviensis a. 589. exortas scribit inter Childebertum et Guntramnum reges convenisse, ut delecti ex utroque regno episcopi mitterentur, qui de his, quae gerebantur, cognoscerent. Ob hanc causam, *inquit l. l. X, 15*, Childebertus rex mediocritatis nostrae personam cum Eberegiselum Agri-

pinensim et ipsum urbis Pectavae Maroveum episcopum iussit adesse; Gunthramnus vero rex Gundigisilum Burdegalensim cum provincialibus suis, eo quod ipse metropolis huic urbi esset[1].

Idem Gregorius ibid. c. 16 epistulam ab episcopis ad reges missam inserit, qua iudicium continetur, quod, ut ante refert, resedentes sacerdotes qui aderant super tribunal aeclesiae *in hac causa dixerunt*[2]. *Hanc sententiam ab episcoporum concilio latam ad a. 590. pertinere e narratione Gregorii patet.*

Iam anno antecedenti, kalendis Novembribus, concilium debuisse haberi ex epistula decem episcoporum, qui tunc cum Guntramno rege commorabantur, a Gregorio IX, 41 tradita comperimus. Dicto vero tempore episcopos in synodum se non congregasse ex iis manifestum fit, quae Gregorius IX, 40 his verbis narrat: Quo consilio aptae suscipientes subsequente aestate relictis Toronus ceteris ac commendatis consobrinae suae Chrodieldis sanctaemonialibus ad regem Gunthchramnum accessit. A quo suscepta ac muneribus honorata Toronus est regressa, Constantinam . . . in monastyrio Agustidunensi relicta expectans episcopos, qui a rege fuerant iussi advenire et causam ipsarum cum abbatissa discutere. . . . Cumque praestulantes adventum nullum episcopum advenire senserunt, Pectavum regressae sunt[3].

1) *SS. Rer. Merov. I, 425.* 2) *Ibid. 426.* 3) *Ibid. 398.*

CONCILIUM METTENSE.

590. Nov.

***H**aec synodus congregata est a Childeberto rege maxime propter Egidium Remensem episcopum, qui ob crimen maiestatis accusatus erat.* Rex, *scribit Gregorius Turon. H. Fr. X, 19,* episcopus arcessiri ad eius examinatione praecepit, scilicet ut in initio mensis octavi apud Viridunensem urbem adesse deberent. Tunc ab aliis sacerdotibus increpitus, cur hominem absque audientia ab urbe rapi et in custodia retrudi praecipisset, permisit eum ad urbem suam redire, dirigens epistolas, ut supra diximus, ad omnis regni sui pontifices, ut medio mense nono ad discutiendum in urbe supra dicta adesse deberent. Erant enim pluviae validae . . .; sed praeceptione regiae obsistere nequiverunt. Denique convenientes pertracti sunt usque Metensim urbem ibique et praefatus Egidius adfuit[1]. *In iis quae sequuntur fusius de episcopi causa et condemnatione tractatur.*

Alterius hic actae rei meminit Gregorius X, 20 his verbis: In hoc sinodo Basina, Chilperici regis filia, quam supra cum Chrodielde a communione remotam diximus, coram episcopis solo prostrata veniam petiit promittens se cum caritate abbatissae

1) *SS. Rer. Merov. I, 431.*

monasterium ingredi ac de regulam nihil transcendere. Chrodieldis autem obtestata est, quod Leobovera abbatissa in hoc monasterium commorante ibidem numquam ingrederetur. Sed utrisque rex veniam inpertiri deprecatus est et sic in communione receptae Pectavo regredi iussae sunt[1].

1) *SS. Rer. Merov. I, 433.*

CONCILIUM 'IN CONFINIO TERMINI ARVERNI, GABALITANI ATQUE RUTENI' HABITUM.

590.

***H**uius concilii Gregorius Turon. H. Fr. X, 8 inter res a. 590. gestas mentionem facit sic narrare orsus:* In confinio vero termini Arverni, Gabalitani atque Ruteni[1] sinodus episcoporum facta est contra Tetradiam, relictam quondam Desiderii, eo quod repeteret ad eam Eulalius comes res, quas ab eo fugiens secum tulisset. Sed hanc causam vel qualiter Eulalium reliquerit vel quemadmodum ad Desiderium confugerit, altius memorandam putavi[2]. *Procedente narratione iterum legimus*: Igitur coniuncti, ut diximus, sacerdotes et viri magnifici in confinio supra dictarum urbium *etc.*

1) *Praeterire nolumus quae de loco concilii Longnon, Géographie de la Gaule au VI. siècle p. 531 scribit: 'Nous avons dit plus haut que les montagnes d'Aubrac étaient limitrophes de l'Auvergne, du Gévaudan et du Rouergue; or c'est justement sur les confins de ces trois pays qu'un synode fut tenu vers 590. ... Nous ne prétendons pas cependant tirer de ce rapprochement la preuve formelle que l'assemblée ecclésiastique se tint dans l'église de Saint-Hilaire du mons Helanus.* 2) *SS. Rer. Merov. I, 414. 415.*

CONCILIUM ARVERNENSE.

584—591.

***C**ausam huius concilii congregandi comperimus ex Gregorio Turon. H. Fr. VI, 38, ubi haec leguntur*: Theodosius Rutenorum episcopus, qui sancto Dalmatio successerat, diem obiit. In qua ecclesia in tantum pro episcopatu intentiones et scandala orta convaluerunt, ut paene sacris ministeriorum vasis et omni facultate meliori nudaretur. Verumtamen Transobadus presbiter reiecitur et Innocentius Gaballitanorum comis eligitur ad epi-

scopatum opitulante Brunichilde regina. Sed adsumpto episcopatu confestim Ursicinum Caturcinae urbis episcopum lacessire coepit, dicens, quia diocesis Rutenae ecclesiae debitas (*suppl.* parochias) retineret. Unde factum est, ut diuturna intentione gliscente post aliquot annos coniunctus metropolis cum suis provincialibus apud urbem Arvernam residens iudicium emanaret, scilicet ut parrochias, quas numquam Rutina ecclesia tenuisse recolebatur, reciperet[1].

Hanc synodum congregavit Sulpicius metropolitanus episcopus Bituricensis (584—591), de quo Gregorius ibid. c. 39 agens haec addit: Hic senodum illam, cui supra meminimus, pro parrochiis Catorcinis fieri commonuit.

1) *SS. Rer. Merov. I, 278.*

CONCILIUM CABILONENSE.

602.

De hoc concilio certiores nos facit Fredegarius Chron. IV, 24, ubi haec leguntur: Anno octavo regni Teuderici . . . senodus Cabillonno collegitur. Desiderium Viennensem episcopum deieciunt instigante Aridio Lugdunensi episcopo et Brunechilde et subrogatus est loco ipsius sacerdotale officio Domnolus; Desiderius vero in insula quedam exilio retrudetur[1]. *Huius synodi itidem mentio fit in Vita Desiderii auctore Sisebuto, ubi legitur:* Quae instructa, in concilio quaesta est *(sc. Brunichildis)* a beatissimo vim stuprum Desiderio esse sibi quondam illatum, mirantibus cunctis talibus in rebus fore Dei servum implicitum, criminatione sed obiecta commentitia adversus eum fore pensabant. Sed praesidentes sententiam contra insontem iuxta pridem machinationes aptatas ausu temerario mala sanam dederunt, quem statim homines punituri ab honore privatum exsilio ad monasterium insula religarunt[2].

1) *SS. Rer. Merov. II, 130.* 2) *Cf. Migne, Patrol. Lat. LXXX, 379.*

CONCILIUM AUTISSIODORENSE.

c. a. 573 — c. a. 603.

Collati sunt codices Berolinensis 435 (nobis H) fol. 172', Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 182, Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 124 (ubi HAB inter se consentiunt, signo α usi sumus), Parisiensis Lat. 1458 (nobis O) fol. 93, Vaticanus Regin. 1127 (nobis V) fol. 155, Bruxellensis 8780—8793 (nobis M) fol. 9, de quibus in orthographia plerumque H secuti sumus.

Adferunt hoc concilium in collectionibus suis Crabbius II, 95, Surius II, 715, Sirmondus I, 361.

Inscriptio desideratur M; in reliquis libris leguntur haec: Incipit sinodus Autisioderensis *α.* Quid vero iuxta canonum decreta debeant observare, tituli infra scripti declarabunt. Synodus Authisioderensis *OV.* *Subscriptiones desiderantur OVM.*

Haec synodus quando celebrata sit, certam notitiam non habemus. Certum est eam habitam esse Aunachario, qui synodo praefuit, episcopatu Autissiodorensi fungente. Quonam vero anno ad dignitatem episcopalem provectus sit, ignoramus. Neque magis eum, ut quidam sentiunt, ipso anno 603. decessisse certis rationibus probari potest[1]. *Inter concilia, quorum acta nobis tradita sunt, concilium Parisiense a. 573. hab. primum fuisse constat ex iis, quibus Aunacharius interfuit. Idcirco Sirmondus, cui verisimile videtur sub initia episcopatus Aunacharii nostram synodum habitam esse, satius ducit eam paulo post memoratum concilium Parisiense collocare, quam anno 590. adscribere, id quod aliis placuit; quare Sirmondus synodum sub annum 578. ponit*[2]. *Diversam sententiam Cointius profert, cui auctores operis Hist. littér. de la France III, 495 adstipulantur. Existimat enim multa de his, quae in concilio Matisconensi a. 585. hab. communi episcoporum consensu sancita erant, in nostra synodo Aunacharium suis dioecesanis intimasse ideoque hanc paulo post illud collocandam esse*[3]. *Quas temporis definitiones levibus argumentis fulciri nemo est, quin videat.*

I. Non licet kalendis Ianuarii vetolo aut cervolo facere vel streneas[4] diabolicas observare, sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut et reliquis diebus[5].

II. Ut omnes presbyteri ante epifania missos suos dirigant, qui eis de principio quadragensime nuncient; et ipsa epyfania ad populum indicatur[6].

III. Non licet conpensus[7] in domibus propriis nec pervigilius in festivitates sanctorum facere[8] nec inter sentius aut ad arbores sacrivos vel ad fontes vota dissolvere[9], nisi, quicumque votum habuerit, in ecclesia vigilet et matricole[10] ipsum votum aut pauperibus reddat nec sculptilia aut pede aut hominem ligneo fieri penitus praesumat[11].

18 kalendis] kl̄ *HOM* ianuarii] *AV*, ianū *H*, ianri *B*, ian̄ *O*, ianuarias *M* vetolo *scripsimus*, vecolo *HB*, vetola (?) *A*, vecola *OM*, vaecola *V* cervola *O* streneas] *α*, strinas *O*, strenas *VM* 19 relicus *B*.

20 ante *om. O* epyphania *BV*, ephyphania *O*, epiphania *M* suos *om. M* dirigunt *B* 21 quadraginsime *M*, quadragentissimae *B* nuncient] *M*, nunciet *vel* nuntiet *rel.* in ipsa *B et edd.* epyphania *V*, ephyphania *O*, epiphania *M* indicatur *scripsimus*, indicetur *OV*, interdicatur *M*, interdicca *H*, interdica *AB*, indicent *edd.*

22 compensos *V*, conpinsus *M*, compensas *Crab. Sur., Sur. in marg.:* conventus pervigiliis *O*, vigilias *Crab. Sur.*, pervigilias *Sirm.* festivitatem *O*, festivitate *V*, festivitatibus *Sur. Sirm.* 23 inter sentius] inter sententius *B*, intre sentius (sincius) *OVM*, inter sentes *edd.* ad *ante* arbores *om. α* dissolvere] exolvere *edd.* 24 nisi] sed *BO* matriculis *OV* 25 sculptilia] *OVM*, subtilia *α* hominum A^a, homine *V* ligneo] *M (vide can. sequentem)*, lineo *HAOV*, nolinio *B* penitus *om. OM* praesumat *eras. M.*

1) *Cf. Bolland. Acta SS. Septemb. T. VII, p. 97; Krusch, Verzeichniss Merowingischer Heiligenleben (Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen I, 414).* 2) *Cf. Notas ad T. I. Conciliorum Galliae, p. 612.* 3) *Annales ecclesiastici Francorum T. II, p. 308, num. XV.* 4) *Vide Du Cange ad vv. 'vetula, cervula, strena'.* 5) *Cf. conc. Turon. a. 567. c. 23 (22); Loening II, 462.* 6) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 1. 2.* 7) *Vide Du Cange ad hanc v.* 8) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 75, num. 9.* 9) *Cf. conc. Aurel. a. 533. c. 12; conc. Turon. a. 567. c. 23 (22).* 10) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 13; iunge Thom. P. I, l. 3, c. 8, num. 7; Hinschius II, 51, n. 3; Loening II, 333.* 11) *Cf. Greg. Turon. Liber Vit. Patr. c. 6 (SS. Rer. Merov. I, 681, n. 5); Cointius, Annales II, 309, num. XIX.*

IV. Non licet ad sortiligos vel auguria respicere nec ad caragius[1] nec ad sortes, quas sanctorum vocant[2], vel quas de lignum aut de pane faciunt, aspicere, nisi, quaecumque homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat[3].

V. Omnino inter supra dictis conditionibus pervigilius, quos in honore domini Martini observant, omnimodis prohibite.

VI. Ut ad media quadragensima presbyteri crisma petant et, si quis infirmitate detentus venire non potuerit, ad archidiacono suum archisubdiaconum transmittat, sed cum crismario et lenteo, sicut reliquiae sanctorum deportari solent[4].

VII. Ut medio Madio omnes presbyteri ad synodo in civitatem veniant et kalendis Novembris omnes abbates ad concilium conveniant[5].

VIII. Non licet in altario in sacrificio divino mellita, quod mulsa appellant, nec ullo alio poculo absque vino cum aqua mixtum offerre, quia ad grande reatum et peccatum pertinet presbytero ille, quicumque alio poculo absque vino in consecrationem sanguinis Christi offerre praesumpserit[6].

IX. Non licet in ecclesia chorus saecularium vel puellarum cantica exercere nec convivia in ecclesia praeparare[7], quia scriptum est: *Domus mea domus orationis vocabitur.*

Isa. 56, 7. Matth. 21, 13.

X. Non licet super uno altario in una die duas missas dicere; nec in altario, ubi episcopus missas dixerat, presbyter in illa die missas non dicat[8].

XI. Non licet vigilia paschae ante ora secunda noctis vigilias perexpedire, quia ipsa nocte non licet post media nocte bibere[9] nec natale Domini nec reliquas sollemnitates[10].

XII. Non licet mortuis nec eucharistia nec usculum tradi[11] nec de vela vel pallas corpora eorum involvi.

1 sortilocus *OV*, sortilogus *M* ad auguria *OM* nec] non *Sirm.* caragios *OV*, characteres *Crab. Sur.* 2 nisi] sed *edd.* quaecumque] *edd.*, quicumque *codd.*

4 omnino et *edd.* dictas conditiones *edd.* pervigilias *M*, pervigiliis *O*, vigilias *Crab. Sur.* quas *edd.* 5 prohibete *ABO*, prohibemus *Crab.*

6 ad] post *OV*, a *edd.* quadraginsima *M*, quadragesima *BOV*, quadragesimae *Crab.* chrisma *O*, crismam *M* 7 ad] aut *M* arthidiacono *O* suum archisubdiaconum *scripsimus*, suo vel (aut *M*) archisubdiaconum (archisubdiacono *BV*, subarchidiacono *O*) *codd.*, suum, vel archisubdiaconum *edd.*, *cf. Loening II, 338, n. 4, qui* suum subdiaconum *legere vult, sed v. Du Cange ad v. 'archisubdiaconus'* sed cum] et *Crab.* 8 chrysmario *OV* lintheo *O*, linteo *V* *add.* imponant *ante* sicut *Crab.* reliquias *V*, requiae *AB* deportare *OM.*

9 medio madio *om. Crab.* madio] *BM*, medio *A*, maio *OV*, *om. H* synodum *O*, senodo *M* civitate *OV* 10 veniant *OV.*

11 mellitum *edd.* mulsum *edd.* appellatur *Crab.* nec] ne *α* 12 ullum aliud poculum extra vinum *edd.* vinum *B* mixto *M* reato *M*, rectum *B* 13 pertinent *α* illi *M* quecumque *HA* aliud poculum extra vinum *edd.* poculum *M* vinum *BOM* consecratione *OV.*

16 quia] qua *α.*

17 super—nec *om. OV* duas] *edd.*, duabus *codd.* 18 dixerit *OVM* ut *ante* presbyter *postea adscriptum est OV* in *om. M* non *om. MV.*

19 in vigilia *edd.* hora *OVM* vigiliam *Crab.* perexplere *OV*, expedire *Crab. Sur.* ipsa] *OVM, om. α,* in illa *edd.* 20 *post* bibere *add.* nec manducare *OV* natalem *B*, in natale *OV* reliquis solempnitatibus *V* sollemnitatis *AB*, solempnitatis *O.*

21 mortuus *O*, mortuos *M* nec *om. M* eucharistiam *O* osculum *BOV*, oscolum *M* de vela vel pallas] velo vel pallis *edd.* 22 corporum *O.*

1) *Vide Du Cange ad v. 'caragus'.* 2) *Cf. conc. Agath. c. 42.* 3) *Cf. Loening II, 461, n. 2.*
4) *Cf. Hinschius II, 186, n. 8; Loening II, 338, n. 4; 356, n. 2.* 5) *Cf. Loening II, 361, n. 2.*
6) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 4.* 7) *Cf. Loening II, 461, n. 1.* 8) *Cf. D. 2 c. 97 de cons.*
9) *Cf. Thom. P. I, l. 2, c. 75, num. 9.* 10) *Cf. Hefele III, 43.* 11) *Cf. Hinschius IV, 66, n. 6.*

XIII. Non licet diacono de vela vel pallas scapulas suas involvi.

XIV. Non licet in baptisterio corpora sepelire[1].

XV. Non licet mortuum super mortuum mitti[2].

XVI. Non licet die Dominico boves iungere vel alia opera exercere[3].

XVII. Quicumque se propria voluntate aut in aqua iactaverit aut collum ligaverit aut de arbore praecipitaverit aut ferrum percusserit aut qualibet occasione voluntate se morte tradiderit, istorum oblata non recipiatur.

XVIII. Non licet absque paschae sollemnitatem ullo tempore baptizare[4], nisi illos, quibus mors vicina est, quos grauattarios dicunt. Quod si quis in alio pago contumacia facientem post interdictum hunc infantes suos ad baptismum detulerit, in ecclesias nostras non recipiantur; et quicumque presbyter ipsos extra nostro permisso recipere praesumpserit, tribus mensibus a communione ecclesiae sequestratus sit.

XIX. Non licet presbytero aut diacono aut subdiacono post accepto cibo vel poculo missas tractare[5] aut in ecclesia, dum missae dicuntur, stare.

XX. Quod si presbyter, quod nefas est dicere, aut diaconus aut subdiaconus post accepta benedictione infantes procreaverint aut adulterium conmisserint et archipresbyter hoc episcopo aut archidiacono non innotuerit, integro anno non communicet[6].

XXI. Non licet presbytero post accepta benedictione in uno lecto cum presbytera dormire nec in peccato carnali miscere, nec diacono nec subdiacono[7].

XXII. Non licet relicta presbyteri nec relicta diaconi nec subdiaconi post eius mortem maritum accipere[8].

XXIII. Si monachus in monasterio adulterium commisserit aut peculiarem habere praesumpserit aut furtum fecerit et hoc abbas per se non emendaverit aut episcopo vel archidiacono non innotuerit, ad poenitentiam agendam in alio monasterio retrudatur[9].

1 diaconum *M* de vela vel pallas] velo vel palla *edd.* palla* *A* scabulas B^aM.
4 dominica *V* vel—exercere *om. M* *post* exercere *add.* nisi pro causis constitutis *OV*.
5 aut *ante* in *om. O* collo *M* collum ligaverit] collo ligato se suspenderit *Crab. Sur.*
6 ferro *edd.* occansione *V*, occansionem *M* voluntate *om. V*, voluntariae *Sur. Sirm.* 7 se morte *om. O* storum *OM* oblatio *OV* recipiantur *Crab. Sur.*
8 sollempnitatem (sole-) *BO* baptizari *M* illus *M* 9 more *B* grauattarius *AB*, grauatarius *M*, grabatarios *OV* 10 faciente *O* hunc] hoc *edd.* detullerint *M*
11 nostras *om. O* *post* recipiantur *add.* usque ad satisfactionem *OV* ipsos] *O*, ipsius *rel.* promisso *α*, praeceptum *Crab.*
13 aut ... aut] nec ... nec *M* 14 missae] *edd.*, missas *codd.* dicuntur stare] dicunt sterae *O*.
15 diacono ... subdiacono *B* 16 acceptam benedictionem *OVM* procreaverit *edd.* commiserint *AOM* archipresbitero *O* 17 archidiaconus *O*, archidiacs *VM* innotuerint HA^aB, intimaverit *Crab. Sur.* *post* innotuerit *add.* sicut *O*, si scit *V* annus *M* *post* communicet *add.* illi vero qui hoc (hoc *om. O*) commiserunt deponatur (deponantur) *OV*.
18 acceptam benedictionem *OVM* presbiteria *OV*, presbiteria sua *M* 19 carnale *M*, *om. α* misceri *O*, commiscere *M*.
20 relictae *edd. utroque loco* diacono .. subdiacono *M* post eius mortem *om. M*
21 maritum] mortem *B*.
22 monasteriom *A*, monasterium aut *M* commiserit *codd. praeter H* peculiare *edd.*
23 et] aut *α* abas *O* 24 innotuerit] intimaverit *Crab. Sur.* ad] ac *M* paenitentiam *ABV*, penitentiam *O*, penitentia *M* agenda *OM* *add.* anno *ante* in alio *M*.

1) *Cf. Thom. P. III, l. 1, c. 65, num. 3.* 2) *Cf. conc. Matisc. a. 585. c. 17.* 3) *Ibid. c. 1.* 4) *Ibid. c. 3.* 5) *Ibid. c. 6.* 6) *Cf. conc. Turon. a. 567. c. 20 (19); Thom. P. I, l. 2, c. 4, num. 1; Hinschius II, 85, n. 7.* 7) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 17; conc. Matisc. a. 583. c. 11; Thom. P. I, l. 2, c. 62, num. 4; Hinschius I, 148, n. 6.* 8) *Cf. conc. Matisc. a. 585. c. 16.* 9) *Cf. Loening II, 371, n. 3. 4.*

XXIV. Non licet abbate nec monacho ad nuptias ambulare.

XXV. Non licet abbate filios de baptismo habere nec monachus commatres habere[1].

XXVI. Quod si quis abbas mulierem in monasterio suo ingredi permiserit aut festivitates aliquas ibi spectare praeceperit, tribus mensibus in alio monasterio retrudatur panem et aquam contentus.

XXVII. Non licet, ut aliquis suam novercam accipiat uxorem[2].

XXVIII. Non licet, ut filiam uxoris suae quis accipiat.

XXIX. Non licet, ut relictam fratris sui quis in matrimonio ducat.

XXX. Non licet duas sorores, si una mortua fuerit, alteram in coniugio accipere.

XXXI. Non licet consubrinam, hoc est, quod de duos fratres aut de duas sorores procreantur, in coniugium accipere nec, qui de ipsis nati fuerint, in coniugio socientur.

XXXII. Non licet, ut nepus avuncoli uxorem accipiat.

XXXIII. Non licet presbytero nec diacono ad trepalium, ubi rei torquentur, stare[3].

XXXIV. Non licet presbytero in iudicio illo sedere, unde homo ad mortem tradatur.

XXXV. Non licet presbytero aut diacono vel quemquam clericorum de qualibet causa conclerico suo ad iudicem saecularem tragere[4].

XXXVI. Non licet mulieri nudam manum eucharistiam accipere[5].

XXXVII. Non licet, ut mulier manum suam ad pallam Dominicam mittat.

XXXVIII. Non licet cum excommunicato communicare nec cum eo cybo sumere[6].

1 XXIV *om. O* abbati O^bVM, abati O^a nec] ne α ambulase *H*.
2 XXV] XXIIII *O* abbati *OVM* monacos O^a, monachos H^bO^b, monachas *V*, monachis *edd.* *add.* nec *ante* commatres αM.
Canon XXVI. coniungitur cum c. XXV. in codd.; ideo sequentium canonum numeri in codd. αVM *uno, in cod. O usque ad c. XXXV. duobus, inde a. c. XXXVI. uno minores sunt.* 5 spectare] expecta *O* a tribus α 6 aqua *O*.
7 aliquis] quis *M*.
9 matrimonium *OVM*, monasterio *H*.
10 morta *A* altera *BM* coniugium *codd. praeter H*.
11 consubrina *M* quod] qui *OVM*, quae *edd.* duobus fratribus *OV* duabus sororibus *edd.* 12 procreatur *Sirm.* coniugio *V* nec qui] *OVM*, ne qui *HA*, ne q. *B* sotiantur *H*, sociaentur *A*.
13 avuncolo (avunculo) α.
14 nec] aud *V* trepulium *V*, traballium *M* rei torquentur] retorcuntur *M* torquentur] *V*, torquuntur *BO*, torcuntur *HA*.
15 illo] ullo *B* sedere] stare *Sirm.*
17 quemquam] quemcumque *M*, cuiquam *edd.* de clericorum *B* 18 conclerico] cum clerico *OV et praeponitur numerus* XXXIIII *O*, XXXV *V* tradere *O*, trahere *V*.
19 mulierem *OV* nudam manum *corr. ex* nudam *H* manu *M*, munu *O* eucharistia *M* accipere] sumere *Crab.*
20 ut] *OVM*, *om.* α *et edd.* mulieri *H*, mulierem *B* palla *ABM*, pallas *Crab. Sur.* dominica *ABOM*, dominicas *Crab. Sur.* mittit α, mittere *edd.*
21 excummunica* *O* cibum *OV*.

1) *D. 4 c. 103 de cons.* 2) *Ad cc. 27—32 cf. conc. Matisc. a. 585. c. 18; iunge Freisen, Gesch. d. canon. Eherechts p. 379.* 3) *Ad cc. 33 et 34 cf. conc. Matisc. a. 585. c. 19; Loening II, 314, n. 2; Nissl, Gerichtsstand p. 23, n. 3.* 4) *Cf. conc. Matisc. a. 583. c. 8.* 5) *Ad cc. 36. 37. 42 cf. Duchesne, Origines du culte chrétien p. 214, n. 3.* 6) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 11.*

XXXIX. Si quis presbyter aut quilibet de clero aut de populo excommunicato absque voluntate ipsius, qui eum excommunicavit, sciens receperit aut cum illo panem manducaverit vel conloquium habere decreverit, simile sententia subiacebit.

XL. Non licet presbytero inter epulas cantare nec saltare.

XLI. Non licet presbytero nec diacono quemquam inscribere, sed in vice sua, si causa habuerit, aut fratrem aut quemcumque saecularem roget[1].

XLII. Ut unaquis mulier, quando communicat, dominicalem[2] suum habeat. Quod si qua non habuerit, usque in alio die Dominico non communicet[3].

XLIII. Quicumque iudex aut saecularis presbyterum aut diaconum aut quemlibet de clero aut de iunioribus absque audientia episcopi, archidiaconi vel archipresbyteri iniuria inferre praesumpserit, anno ab omnium Christianorum consortium habeatur extraneus[4].

XLIV. Si quis ex saecularibus institutionem aut ammonitionem archipresbyteri sui contumacia faciente audire distulerit, tamdiu a liminibus sanctae ecclesiae habeatur extraneus, quamdiu tam salubri institutione adimplere deberit; insuper et multa, quam gloriosissimus domnus rex praecepto suo instituit, susteneat[5].

XLV. Si quis hanc definitionem, quam ex auctoritate canonica cum communi consensu et coniventia conscripsemus atque instituemus tam ad clero quam ad populo commonendo vel ad id, quod scriptum est, conservandum, neglegens inventus fuerit et hoc observare distulerit aut eos, qui ipsum audire neglexerint, celaverit aut subpresserit et in notitia episcopo non deposuerit, anno a consortio fratrum vel ab omnium Christianorum communione habeatur extraneus.

1 qualibet *BM* cum excommunicato *OV*, excommunicatum *Sur. Sirm.* 2 illius *M* iscommunicavit *AB* cum illo—habere *om. B* pane *O* 3 ad conloquium *O* simile *om. O* simili sententiae *edd.*

4 aepulas *AM* nec] vel *Sur. Sirm.* psaltanre *B.*

6 habuerat *A* quemcumque] *M*, quecumque *HO*, quaecumque *AV*, quicumque *B* saecularem] scolarem *M.*

7 una *B*, unaquaeque *edd.* quod] quo *M* 8 in *om. OM* alio] *O*, alia *rel.* alium diem dominicum *edd.* dominica *VM.*

9 prb̄m (prb̄s *M*) aut diaconum (diac̄ *HM*, dicon̄ *A*) *codd.*, presbytero aut diacono *Sur. Sirm.* quolibet *M*, cuilibet *edd.* 10 aut de iun. *om. V* audientia] voluntatem *OV* vel archid. *OV*, aut archid. *edd.* archiprbō *codd. praeter H* 11 iniuriam *O* consortio H^bOV extraneas *O.*

13 admonicionem *M*, commonitionem *Crab. Sur.* 15 salubrem institucionem *M* deberit] *α*, deberet *OV*, deliberit *M*, studuerit *Crab.*, non studuerit *Sur. Sirm.* mulctam *edd.*

17 auctoritate] *MV*, auctore *αO* cum] tum *B*, *om. V* communi] H^bOV, commune *M*, communione H^aAB 18 coniventia] H^aABV, conibentia H^b, coneventia *O*, conventu *M*, convenientia *Sirm.* conscripsimus H^bOVM atque] *AV*, adque *M*, aut que *H*, atquem *B*, ac *O* instituimus H^bOV clerum ... populum ... commonendum H^b 19 scriptum] constitutum *OVM* 20 ob hoc *Sirm.* neglexerunt H^aAB caelaverit *AB*, caelaverunt *M* 21 et] aut *O* episcopi H^b disposuerit *O* 22 communionem *M* *add. in fine:* Explicit. Epistula de regula apostolorum. XLV. Si quis presbyter aut diaconus — communione privetur. (= *cc. 15. 16 Apost.*) *O; in cod. V post* Exp̄l *nonnulli versus erasi sunt.*

1) *Cf. Loening II, 534, n. 2.* 2) *Cf. Du Cange ad hanc v.* 3) *Cf. supra not. in c. 36.* 4) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 20; conc. Matisc. a. 585. c. 10; iunge Thom. P. II, l. 3, c. 105, num. 2; Hinschius IV, 850, n. 3.* 5) *Cf. Nissl, p. 114, n. 3; Hinschius IV, 846, n. 3.*

Unacharius in Dei nomine episcopus[1] constitutionem hanc subscripsit.
Uinobaudus abba[2] subscripsit.
Gregorius presbyter subscripsit.
Claudius presbyter subscripsit.
Francolus abba subscripsit.
Cesarius abba subscripsit.
Audouius presbyter subscripsit.
Roricius presbyter subscripsit.
Antonius presbyter subscripsit.
Addo presbyter subscripsit.
Sindulfus presbyter subscripsit.
Medardus presbyter subscripsit.
Syagrius presbyter subscripsit.
Eominus presbyter subscripsit.
Theodomodus presbyter subscripsit.
Leonastis presbyter subscripsit.
Barbario diaconus in vicem subscripsit.
Leudegisilus diaconus in vicem.
Tegredius abba subscripsit.
Filmatius presbyter subscripsit.
Ballomeris presbyter subscripsit.
Medardus presbyter subscripsit.
Genulfus presbyter subscripsit.
Uigilius presbyter subscripsit.
Aprouius diaconus.
Baudouius abba subscripsit.
Anianus presbyter subscripsit.
Saupaudus presbyter subscripsit.
Teudulfus presbyter subscripsit.
Niobaudis presbyter subscripsit.
Seuardus presbyter subscripsit.
Audouius presbyter subscripsit.
Uinobaudis presbyter subscripsit.
Badericus presbyter subscripsit.
Friobaudis presbyter subscripsit.
Illadius presbyter subscripsit.
Launouius presbyter subscripsit.
Desideratus abba subscripsit.
Amandus abba subscripsit.
Medardo presbytero.
Eunius presbyter subscripsit.
Nonnouius presbyter subscripsit.
Romacharius presbyter subscripsit.
Audila presbyter subscripsit.
Sagrius presbyter subscripsit.

Explicit Autisioderensis sinodus.

Subscriptiones desiderantur OVM, exhibentur α. Post Aunacharii subscriptionem, quae primum versum tenet, subscriptiones scriptae sunt binae per versus H, ternae B, modo binae modo ternae A.

1 subscripsit *hic, postea semper* subs̄ *H*, subs̄i *hic, postea* sūb *A*, sb̄s *vel* sūb *semper B* 2 uinobaudis *AB* 4 clauditus *B* 6 caesarius *AB* 13 siagrius *B* 14 eominis *B* 15 iaunouius *A* 18 leodogilius *et superscr.* si *B*.

1) *Autissiodorensis.* 2) *Monasterii S. Germani, cf. Mabillon, Annales O. S. Bened. T. I, p. 171. 172.*

CONCILIUM SENONENSE.

594—614.

In vita Betharii episcopi Carnotensis haec leguntur: Accidit quoque illis in diebus, ut indiceretur synodale concilium Senonis civitati; ad quam cum pervenisset cum ceteris clericis coram pontificibus cum omni honore ibidem est susceptus. Per aliquod autem

tempus illis ibidem commorantibus, innotuit viri Domini fama per loca circumquaque vicina[1]. *Betharium, qui a. 594. episcopus factus esse dicitur, ante a. 614. obiisse inde colligitur, quod in concilio Parisiensi a. 614. hab. successor eius Theodoaldus adfuit.*

1) *Bolland. Acta SS. August. T. I, p. 171.*

CONCILIUM PARISIENSE*.

614. Oct. 10.

Exstat haec synodus integra in codice Monacensi Lat. 5508 (nobis D) fol. 103, quem in orthographia secuti sumus, et demptis c. IV. subscriptionibusque in codice Phillippsii 1743, nunc Berolinensi, (nobis R) fol. 298, quo in libro praeterea ob corrosam chartam nonnulli loci, ut infra patebit, legi non possunt.

Inscriptio desideratur R; in codice D sic legitur: Synodo Parisius in basilica domni Petri.

Primus in lucem synodum protulit codice R nisus Sirmondus I, 470, cui tunc licuit hic illic verba legere, quae hodie omnino evanuerunt; postea codicis D ope concilium integrum ediderunt et Eusebius Amort, Elementa iuris canonici veteris et moderni. 1757. T. II, p. 410 et J. Friedrich, Drei unedirte Concilien aus der Merovingerzeit. 1867. p. 9.

Numeri, quos uncis inclusimus, cum editione Sirmondiana concordant.

Quae canonibus I. II. III. V. VI. VII. XV. XVII. huius concilii definiuntur, a rege Chlotario edicto die 18. Octobris a. 614. promulgato partim simpliciter, sicut in concilio continentur, partim mutata aliquantulum sententia comprobata sunt. Cuius comprobationis a rege pronuntiatae quae sit vis ac potestas, a Loeningio, Hinschio, Waitzio locis infra laudatis rectissime explicatur[1].

De subscriptionibus, quarum aliquot corruptae esse videntur, Friedrich l. l. p. 17 copiose disputavit.

Cum in Dei nomine secundum priscorum sanctorum patrum constitutiones in orbem Parisius ex evocationem gloriosissimi principis domni Hlotharii regis in synodali concilio convenissimus tam pro renovandis antiquorum canonum statutis, quae praesentis temporis necessarium fecit oportunitas iterari, quam his, quae adsurgentibus

25 constitutionem *R* 26 urbe *R* evocatione *R* chlothachari *R* 27 cumvenissimus *R* anticorum *R* 28 facit *R* opportunitas *R* adsurgentibus] ad surgentes *R*

*) *Haec synodus a Sirmondo et posterioribus* Concilium Parisiense V. *insignitur.*

1) *Loening II, 152; Hinschius III, 542, n. 3; Waitz, Deutsche Verfassungsgesch. II³, 2, 389.*

undecumque querilarum materies recentes definitionis ordo poposcit institui, tractantes, quid quomodo principis, quid salute populi utillius conpeterit vel quid ecclesiasticus ordo salubriter observaret[1]:

I. Primo in loco, ut canonum statuta in omnibus conserventur et, quod per prolixa temporum spatia praetermissum est, vel deinceps perpetualiter observetur[2].

II. Hoc est: ut decedente episcopo in loco ipsius ille Christo propitio debeat ordinari, quem metropolitanus, a quo ordinandus est, cum conprovincialibus suis, clerus vel populus civitatis illius absque ullo quommodo vel datione pecuniae elegerint. Quod si aliter aut potestatis subreptione aut quacumque neglegentia absque electione metropolitani, cleri consensu vel civium fuerit in ecclesia intromissus, ordinatio ipsius secundum statuta patrum irrita habeatur[3].

III. (II.) Ut nullus episcoporum se vivente alium in loco suo non elegat nec qualiscumque persona illo superstite locum ipsius sub quocumque argumentum vel ingenium adoptare presumat nec a quemquam debeat ordinare, nisi certe conditionis extiterint, ut ecclesiam suam nec regere valeat aut ecclesiastica regula, ut ordo exposcit, conservare. Quod si quis contemptor constitutionis huius hoc adtemtare presumserit, canonica se noverit excepturum sententia[4].

1 quaerillarum materiis recensentes *R* tractantes quid *correximus,* tractantesque *DR* 2 quomodo (= commodo)] *R,* quomoda *D* saluti *R* utilius *R* conpetere *D* 3 observaverit *R; addendum est in hoc enuntiato* decrevimus *vel simile verbum.*

In cod. R fol. 298', col. 2, vv. 23—27 haec tantum legi possunt:

* Primo in loco ut canonum institu-
ta ab omnib; conserventur et qu * d
p * * * * * * spacia
prae * * * vel deinceps ppe-
tualiter * * * * * * est

4 per *om. D* prolixa] priora *Sirm.* 5 praetermissum] praeceptum *Sirm.*

Canon II. coniunctus est cum can. 1. ap. Sirm. in cod. R vv. 28—30 haec exstant:

II Ut deceden * * ipsius ille
xp̄o propi* * debeat * ari
quem me * * anus * * | *fol. 299, col. 1, v. 1:* ordinandus *etc.*

6 christo propitio] episcopus presul *D* 7 provincialibus *R* clericis vel populis *D* 8 illius *om. R* commodo *R* *post* elegerint *add.* debeat episcopo (episcopus) consecrari *DR* 9 potestatis subreptione *scripsimus,* potestati (potestate) subreptum *DR* quacumque *scripsimus,* quocumque *D,* quacum *R* 10 cleri *scripsimus,* clero *DR* consinso *R* 11 inreta *R.* 13 sopraestite *R* ingenio *R* 14 adoptare] adobstare *D* ordinari *R* condiciones *R* 15 *post verba* extiterint ut *textus in codice R per septem versus, qui finem canonis continebant, legi non potest; ap. Sirm. canon his verbis finit:* ecclesiam suam et clerum regere non possit.

1) *Vide praefationem conc. Lugd. a. 567. aut 570. hab., quacum haec nostra ad verbum consentit.*

2) *Ad hunc et sequentem canonem vide Edict. c. 1:* Ideoque definitionis nostrae est, ut canonum statuta in omnibus conserventur et quod per tempore ex hoc praetermissum est vel dehaec perpetualiter conservetur; ita ut episcopo decedente in loco ipsius, qui a metropolitano ordinari debeat cum provincialibus, a clero et populo eligatur; si persona condigna fuerit, per ordinationem principis ordinetur; certe si de palatio eligitur, per meritum personae et doctrinae ordinetur. 3) *Cf. conc. Paris. a. 556—573. c. 8; iunge Thom. P. II, l. 2, c. 10, num. 12; Loening II, 182, n. 1. 2; Hinschius II, 518, n. 1. 2. 7; Hauck, Kirchengesch. Deutschlands I, 155, n. 3.* 4) *Edict. c. 2:* Ut nullus episcoporum se vivente eligat successorem, sed tunc alius ei substituatur, cum taliter afficeretur, ut ecclesiam suam nec clerum regere possit. Idemque ut nullus vivente episcopo adoptare locum eius praesumat. Quod si petierit, ei menime tribuatur. — *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 12; iunge Hinschius II, 250, n. 11.*

IV. Salubriter consilio unianimi instituemus observandum, ut, si episcopus, quod non credimus esse venturum, aut per iracundia, quod esse non debet, aut per pecunia abbatem, quia fratres nostri sunt, de loco suo eiecerit non canonice, ille abbas recurrat ad synodum. Et quia fragilis esse nostra natura videtur, si episcopus, qui eum eiecit, ab hac luce migraverit, successor eius abiectum fratrem revocet ad sedem [1].

V. (III.) Ut, si quis clericus quolibet honore monitus contempto episcopo suo ad principe vel ad potentiores homines vel ubi aut ubi ambulare vel sibi patronum elegerit, non recipiatur, preter ut veniam debeat promereri. Quod si fecerit, hii, qui ipsum post admonitionem pontificis sui retenere presumpserint, noverint se utrumque priorum canonum sententia esse damnandos [2].

VI. (IV.) Ut nullus iudicum neque presbyterum neque diaconem aut clericum aut iuniores ecclesiae sine scientia pontificis per se distringat aut condemnare [3] presumat. Quod si fecerit, ab ecclesia, cui iniuria inrogari dinoscitur, tamdiu sit sequestratus, quamdiu reatu suo cognoscat et emendet [4].

VII. (V.) Liberti quorumcumque ingenuorum a sacerdotibus defensentur nec ad puplicum ullatenus revocentur. Quod si quis auso temerario eos inpremere voluerit aut ad puplicum revocare et admonitus per pontificem ad audientiam venire neglegerit aut emendare quod perpetravit distullerit, communione privetur [5].

VIII. (VI.) Quaecumque pro sarcetecta [6] ecclesiis fuerint adlegata, in potestate pontefices, presbyteri vel servientes sanctorum locorum, secundum voluntatem con-

Canon IV. desideratur R, numeri canonum sequentium usque ad ultimum uno minores sunt.
1 unianimi *scripsimus*, unianimiter *D, fortasse scriptum erat in archetypo* unianimi iterum 3 abbatem *scripsimus*, abbati *D* ille abbas *scripsimus*, illi abbati *D*.
6 contem̄to *R* 7 principem *R* ad] a *D* aut] et *R* patronus *R* 8 quid *D* feceret *R* hii *scripsimus*, his *D*, is *R* 9 pontef- *R hic et postea* retenere] reddere *R* praesumpserit *R* 10 sententiae esse damnandus *R*.
11 diaconem aut] diacm̄ vel *R* 12 iunioris aeclesiae *R* damnare *R* 13 iniuriam inrogare dignuscitur *R* 14 quamdio reato *R* cognoscat] corregat *R*.
15 liberthi *R* 16 publico *R* ullatenus] alterius *R* ausus *D* temerario eos * * * | rit aut ad *R* 17 neglexerit *R* 18 distolerit cummunionem *R*.
19 sarcetecta] arcaetectus *R* delegata *R* 20 pontificis *D* conferentis *R*

1) *Cf. conc. Turon. a. 567. c. 7; iunge Hinschius IV, 837, n. 7.* 2) *Edict. c. 3:* Si quis clerecus quolibet honore monitus in contimtu episcopo suo vel praetermisso ad principem aut ad potentioris quasque personas ambulare vel sibi patrocinia elegerit expetendum, non recipiatur, praeter si pro veniam vedetur expetere. Et si pro qualebit causa ad principem expetierit et cum ipsius principis epistola ad episcopo suo fuerit reversus, excusatus recipiatur His, qui ipsum post admonitionem pontefici suo retenere praesumpserit, a sancta communione privetur. — *Cf. conc. Agath. c. 8; Loening II, 492. 493; Hinschius IV, 843, n. 5.* 3) *Cf. Waitz, Deutsche Verfassungsgesch. II, 488, n. 1.* 4) *Edict. c. 4:* Ut nullum iudicum de qualebit ordine clerecus de civilibus causis praeter criminale negucia per se distringere aut damnare praesumat, nisi convincitur manefestus excepto presbytero aut diacono. Qui convicti fuerint de crimine capitali, iuxta canones distringantur et cum ponteficibus examinentur. — *Cf. conc. Autissiod. c. 43. Diversas opiniones recentiorum in interpretando hoc canone breviter refert Maassen, (Ein Commentar des Florus v. Lyon zu einigen der sog. Sirmond'schen Constitutionen) Szb. d. ph.-h. Cl. d. kais. Akad. d. W. XCII, 313; iunge Nissl, Gerichtsstand p. 116 sq.; Hinschius IV, 850, n. 3; 858, n. 3. 7.* 5) *Edict. c. 7:* Libertus cuiuscumque ingenuorum a sacerdotibus, iuxta textus cartarum ingenuetatis suae contenit, defensandus nec absque praesentia episcopi aut praepositi aeclesiae esse iudicandus vel ad publicum revocandus. — *Cf. conc. Matisc. a. 585. c. 7.* 6) *Ad hanc v. cf. conc. Carpent. supra p. 41.*

ferentes, ad se debeant revocare. Quod si aliquis exinde quodcumque abstulerit, noverit se ab ecclesia sequestratum[1], quousque ea, quae abstulit, studeat reformare.

IX. (VII.) His etiam constitutionibus adnecti placuit, ut defuncto episcopo, presbytero vel diacono vel quemquam ex iuniore ordine clericum non per preceptum neque per iudicem neque per qualemcumque personam res ecclesiae vel eorum proprietas, quousque aut de testamentis aut qualemcumque obligationem fecerit cognoscatur, a nullo penitus supra scriptae res contingantur, sed ab archidiacono vel clero in omnibus defendantur et conserventur[2]. Quod si quis inmemor definitionis huius temere aliquid exinde auferre presumpserit aut auso temerario in res ipsas ingressus fuerit et de dominatione ecclesiae abstulerit, ut negatur pauperum a communione privetur[3].

X. (VIII.) Conperimus idemque cupiditatis instincto, deficientes abbatis, presbiteros vel hos, qui pro titulis deserviunt[4], presidium[5], quodcumque mortis tempore dereliquerint, ab episcopo vel ab archidiacono deripi et quasi sub augmentum ecclesiae vel episcopi in iure episcopi revocari et ecclesiam Dei per pravas cupiditates expoliata relinqui. Id statuemus observandum, ut nullus episcopus aut archidiaconus ausu temerario exinde aliquid auferre presumat, sed in loco, ubi moriens hoc dereliquerit, perpetualiter debeat permanere[6]. Si quis super hanc difinitionem exinde aliquid abstulerit, anathematis stimmate feriatur.

XI. (IX.) Id etiam nostrum placuit adiungi consensum fixo in eterno permansurum atque a quocumque presole observandum iuxta antiquorum patrum constituta, ut nullus episcoporum vel saecularium cuiuscumque alterius episcopi seu ecclesiae seu privatas res aut regnorum divisione aut provinciarum sequestrationem conpetere aut

1 aliquid exinde quicumque *R* 2 se *om. D* quoadusque *R* stoderit *R*. 3 defunctum epm̄ prbm̄ vel diacm *R* 4 iuniore *scripsimus,* iunioris *DR* ordinis *R* per] pro *D* 5 per] pro *D* nec *R* per] pre *D* proprietas] proprias *R* 6 de testamentis] testamentus *R* 7 nulla *R* scripta *R* 8 defensentur *R* diffinitionis *R* temere] tempore *R* 9 ausus *D* 10 negatur] denegatur *D* a *om. R*. 11 cumperemus *R* idemque *om. D* deficientes abbatis, presbiteros vel hos = deficientibus abbatibus, presbiteris vel his deficientis *R* ab abbatis *D* prb̄s *R* 12 per titulus *R* 13 episcopo vel ab] ep̄ * * *R* archidiacono] archidiam̄ *R* 14 in iure episcopi] in usum ecclesiae *Sirm.*, in * * * | clesiae *R* revocare *R* prabas *R* 15 relinqui id] relinquid *R* nullus] neq; *R* arcediacs̄ *R* ausu temerario *om. R* 17 *in cod. R fol. 299', col. 2, vv. 21—23 nonnisi haec exstant:*

Si quis * * * a-
liquid * * * *
* * * * * *

18 feriatur *scripsimus,* feriantur *D*.

19 id — constituta] id etiamnum adiungi censuimus *legit Sirm.*; *in cod. R vv. 24—28 haec fragmenta praebentur:*

X Id etiam nr̄m * * adiungi
consin * * erno p̱man-
surum * * * * * *
vandum * * * * *
* * * * * * uta | *fol. 300, col. 1, v. 1:* ut nullus *etc.*

fixo — presole *emendavimus,* fixo atque presole *D*; (Id etiam placuit adiungi, consensu) fixo a quovis praesolum *Am.*, fixe atque praesolide *Fried.* 21 nullus] neque *R* episcoporum] episcopus eorum *R* epm̄ *R* 22 divisione] defensionem *R*

1) *Cf. Hinschius IV, 797, n. 3.* 2) *Cf. Thom. P. III, l. 2, c. 52, num. 3.* 3) *Cf. Hinschius IV, 812, n. 3.* 4) *Cf. Loening II, 354, n. 2.* 5) *Cf. Du Cange ad hanc v.* 6) *Cf. Thom. P. III, l. 2, c. 5, num. 5; c. 7, num. 5; c. 52, num. 3.*

pervadere audeat aut quacumque acceptatione aut pervasione possedere aut retinere presumat. Quod si quis hoc facere adtemptaverit, tamdiu sit ab omnium caritate suspensus vel a communionis gratia sequestratus, quoadusque res ablatas cum fructuum satisfactione restituat.

XII. (X.) Et quia multe tergiversationes infidelium ecclesiam Dei quaerunt conlatis privari donariis, secundum constitutionem precedentium pontificum[1] id convenit inviolabiliter observari, ut testamenta, quae episcopi, presbyteri seu inferioris ordinis clerici vel donationes aut quaecumque strumenta propria voluntate confecerint, quibus aliquid ecclesiae aut quibuscumque personis conferre videantur, omni stabilitate subsistant; id specialiter statuentes, ut, etiamsi quorumcumque religiosorum voluntas aut necessitate aut simplicitate faciente aliquid a legum saecularium ordine visa fuerit discrepare, voluntas tamen defunctorum debeat inconcussa manere et in omnibus Deo propitio custodire. De quibus rebus si quis animae suae contemptor aliquid alienare presumpserit, usque ad emendationis suae vel restitutionis rei ablate tempus a consortio ecclesiastico vel omnium Christianorum convivium habeatur alienus.

XIII. (XI.) Placuit etiam secundum constitutionem anteriorum[2], ut, si quis episcoporum cum coepiscopo suo quodcumque negotium exsequi voluerit, ad iudicio metropolitani sui recurrat. Quod si spreto metropolitano vel reliquos conprovinciales iudicem puplicum adierit, tamdiu a caritate metropolitani habeatur extraneus, quamdiu in proximum synodum coram fratribus facti huius debeat reddere rationem.

XIV. (XII.) Illud etiam unianimi consensu convenit, ut, si quis monachorum aut monacha in congregationem positi religiosam conversationem elegerint et postea aut ad parentes aut quamcumque propriam substantiam se de congregatione ipsa subtraxerint et ab episcopo suo per epistola admoniti ad septa monasterii sui redire distulerint, sint usque ad exitum vitae a communione suspensi nec prius ad eucharistiae gratia admittantur, quam ad ovilem suum, de quo se vagationis insolentia visi sunt subtraxisse, cum humillimae subplicationis debeant satisfactione reverti[4].

2 temptaverit *R* 3 communionem *D* quousque *R* satisfactionem restituant *R*. 5 multi *D* tergeversationis *R* conlatas *D* 7 qua *D* ordine *D* 8 instrumenta *R* 9 quibuscum *R* *in cod. R fol. 300, col. 1, vv. 24—30 haec leguntur:* omni stabilitate subsistant specialit' statuent * * quorumcumq; rele * * voluntas aut necessitate * * * * faciente aliquid * * aecularium ordine * * * pare voluntas * * * * debe | *fol. 300, col. 2, v. 1:* at inconvulsa *etc.* 11 a *scripsimus,* ad *D* 12 tamen *scripsimus,* tam *D* inconcussa] inconvulsa *R* 13 propitio] auspece *R* 14 rei] ei *D* 15 omnium a *R*. 16 anteriorem *R* 17 coepiscopo] quo epō *R* exequi *R* ad] a *D* iuditium *R* 18 cumprovincialis *R* 19 adierit] audierit *R* proxima synodo *R* 20 reddire racione *R*. 21 illut *R* unianime consinsu *R* ut] quod *R* 22 monaca *R* congregatione *R* religiosa conversatione *R* aut *om. D* 23 aut quamcumque propriam] propriam aut quacumque *D* substraxerint *R* 24 per] pro *D* septe *D* monasturii *R* 25 communione] commune *R* eocaristiae *R* amittantur *R* 26 obilem *R* vacationis *R* insolentia visi] insolent divisi *D* 27 humillimae subplicationis *scripsimus,* humillimam subplicationem *D,* humillima supplicatione *R* debeat *R* reverti] subverti *D*.

1) *Vide conc. Lugd. a. 567. aut 570. hab. c. 2, quocum hic canon ad verbum consonat.* 2) *Cf. idem conc. Lugd. c. 1.* 3) *Cf. Thom. P. I, l. 3, c. 45, num. 7; Loening II, 401. 402.*

XV. (XIII.) De viduabus et puellis, quae sibi in habitu religionis in domos proprias tam a parentibus quam per se vestem mutaverint et se postea contra instituta patrum vel precepta canonum coniugium crediderint copulandas, tamdiu utrique habeantur a communione suspensi, quousque, quod inlicite perpetraverunt, emendent, aut si emendare neglexerint, communione vel omnium Christianorum convivium in perpetuo sint sequestrati[1].

XVI. (XIV.) Incestas vero coniunctiones ab omni Christianorum populo censuemus specialiter resecari, ita ut, si quis relicta fratris, sorore uxoris, privigna, consubrina vel relicta idem patrui atque avunculi vel in religionis habitu dedita coniugii crediderit consortio violanda, tamdiu a communionis gratia segregetur, quamdiu ab inlicitis coniunctionibus sequestratione manifestissima debeat abstenere[2].

XVII. (XV.) Ut nullus Iudaeorum qualemcumque militia[3] aut actione puplica super Christianos aut adpetere a principe aut agere presumat. Quod si temptaverit, ab episcopo civitatis illius, ubi actionem contra canonum statuta conpetiit, cum omni familia sua baptismi gratia consequatur[4].

Factum synodo VI. id. Octobris in basilica beati Petri apostoli Parisius, anno XXXI. regni gloriosissimi domni Hlothari principis.

Ex civitate Lugdonum Aridius episcopus.
Ex civitate Arelate Florianus episcopus.
Ex civitate Uienna Domulus episcopus.
Ex civitate Rodomagum Hildulfus episcopus.
Ex civitate Treueris Sabaudus episcopus.

1 sibi] sivi vestis *R* domus *R* 2 vestem] ipsas *R* statuta *R* 3 coniugium] coniunctione *R* utrm̄que *R* 4 inmendint *R* 5 neclexerint *R* communione] a communione ecclesiastico *R* convivio *R*.

7 incestas *scripsimus,* incertas *D*, incestus *R* coniunctionis *R* 8 resectari *D* relictam fratrem sororem *R* praevignam consubrinam subrinam vel relictam *R* 9 idem] id est *D* abunculi *R* deditam *R* 10 *in cod. R fol. 300', col. 1, vv. 29. 30 nonnisi haec legi possunt:* creded * * * o violandā tamd * * onis gratia secre- | *fol. 300', col. 2, v. 1:* getur quamdiu *etc.* ab] ad *R* 11 abstenere] obtinere *D*.

12 miliciam aut actionem publicam *R* 13 petere ad principem *R* 14 competiet *R* 15 baptismi] baptizandi *R* gratiam consequantur *R*.

16 *Temporis adnotatio et subscriptiones desiderantur R. Sirmondus in fine concilii post canonem XVII. (XV.) addit:* Huic synodo subscripserunt episcopi numero LXXIX.

1) *Edict. c. 18:* De puellas et viduas relegiosas aut sanctaemunialis, qui se Deo voverant, tam que in proprias domus resedent quam qui in monastyria posete sunt, nullus nec per praeceptum nostrum conpetat nec trahere nec sibi in coniugio sociare paenitus praesumat. Et si quis exinde praeceptum eleguerit, nullum sorciatur effectum. Et si quicumque aut per virtute aut per quolibet ordine ipsas detrahere aut sibi in coniugium praesumpserit sociare, capitale sententia feriatur. Et si in ecclesia coniugium fecerint et illa rapta aut rapienda in hoc consentire videbitur, sequestrati ab invicem in exilio deportentur et facultas ipsorum propinquis heredibus societur. — *Cf. Thom. P. I, l. 3, c. 45, num. 8; Freisen, Gesch. d. canon. Eherechts p. 686.* 2) *Cf. conc. Autissiod. c. 27—32; iunge Freisen p. 379.* 3) *Cf. Waitz II, 446, n. 5.* 4) *Edict. c. 10:* Iudaei super Christianus actionis publicas agere non debeant. Quicumque se * * * tuos * * * dine sociare praesumpserit, severissimam legem ex canonica incurrat sententia.

Ex civitate Bessuntione Proardus episcopus[1].
Ex civitate Colonia Solacius episcopus.
Ex civitate Beturregas Austrigisilus episcopus.
Ex civitate Burdegala Arnegisilus episcopus.
Ex civitate Senonis Lupus episcopus.
Ex civitate Remus Sunnacius episcopus.
Ex civitate Elosa Leodomundus episcopus.
Ex civitate Uicoiulio Palladius episcopus.
Ex civitate Agustidunum Rocco episcopus.
Ex civitate Sanctonex Audoberhtus episcopus.
Ex civitate Cinnomannis Bertegramnus episcopus.
Ex civitate Andecauis Magnobodus episcopus.
Ex civitate Pectauis Ennoaldus episcopus.
Ex civitate Redonis Haimoaldus episcopus.
Ex civitate Namnatis Eufronius episcopus.
Ex civitate Baiocas Leodoaldus episcopus.
Ex civitate Abrincatas Hildoaldus episcopus.
Ex civitate Uasatis Gudualdus episcopus.
Ex civitate Matascone Deudatus episcopus.
Ex civitate Aurilianis Liudigisilus episcopus.
Ex civitate Aluiae Fredemendus episcopus.
Ex civitate Alticiotro Disiderius episcopus.
Ex civitate Caturcus Eusepius episcopus.
Ex civitate Besuntione Protagius episcopus.
Ex civitate Cabillonno Antestis episcopus.
Ex civitate Lingoris Miechius episcopus.
Ex civitate Carnotis Theodoaldus episcopus.
Ex civitate Belisio Aquilenus episcopus.
Ex civitate Sisterone Secundinus episcopus.
Ex civitate Tholosa Hiltigisilus episcopus[2].
Ex civitate Uallesse Leodomundus episcopus.
Ex civitate Marace Gaugericus episcopus.
Ex civitate Gracinopoli Suagrius episcopus.
Ex civitate Niuerno Raurecus episcopus.
Ex civitate Trigassinum Agrigola episcopus.
Ex civitate Uasione Uincentius episcopus.
Ex civitate Dea Maximus episcopus.
Ex civitate Ebrituno Lopacharus episcopus.
Ex civitate Uapinco Ualatonius episcopus.

1) *Infra v. 24 iterum legitur* Ex civitate Besuntione. 2) *Pag. 192, v. 23 iterum legitur* Ex civitate Tolosa.

Ex civitate Uindesca Ambrosius episcopus.
Ex civitate Antheopoli Eusepius episcopus.
Ex civitate Apte Innocentius episcopus.
Ex civitate Loxouia Chamnegisilus episcopus.
Ex civitate Meldus Gundoaldus episcopus.
Ex civitate Rotemus Uerus episcopus.
Ex civitate Lugdono Glauatu Rigobertus episcopus.
Ex civitate Cura Uictor episcopus.
Ex civitate Ambianus Berachundus episcopus.
Ex civitate Ebroegas Erminulfus episcopus.
Ex civitate Latona Palladius episcopus.
Ex civitate Nicia Abraham episcopus.
Ex civitate Tollo Eudila episcopus.
Ex civitate Senacio Marcellus episcopus.
Ex civitate Nocciomo Berhtmundus episcopus.
Ex civitate Uuarnacio Berhtulfus episcopus.
Ex civitate Aginno Flauardus episcopus.
Ex civitate Gaballetano Agricula episcopus.
Ex civitate Loxouias Launomundus episcopus.
Ex civitate Equilisima Bassolus episcopus.
Ex civitate Treiecto Bettulfus episcopus.
Ex civitate Sedonis Dracoaldus episcopus.
Ex civitate Tolosa Uuigillisilus episcopus.
Ex civitate Catalaunis Leudomeris episcopus.
Ex civitate Uiredono Harimeris episcopus.
Ex civitate Sissionis Ansericus episcopus.
Ex civitate Sammo Marcellus episcopus.
Ex civitate Consorannis Iohannis episcopus.
Ex civitate Parisius Ceraunius episcopus.
Ex civitate Stratoburgo Ansoaldus episcopus.
Ex civitate Spira Hildericus episcopus.
Ex civitate Petrocorius Aggus episcopus.
Ex civitate Lorione Helarianus episcopus.
Ex civitate Castro ultra mare Iustus episcopus.
Ex civitate Massilia Peter episcopus.
Peter abba de Dorouerno.

CONCILIUM INCERTI LOCI.

post a. 614.

In codice Phillippsii 1743, nunc Berolinensi, fol. 300' post concilium Parisiense, quod proxime protulimus, nulla inscriptione praefixa fragmentum cuiusdam concilii exhibetur, quod quo anno, quo loco, a quibus episcopis celebratum sit, nescimus. Exstat enim textus in ultimis codicis foliis, quae maculis foraminibusque valde corrupta sunt. Qui integri servati sunt canones, eos Sirmondus in Notis ad T. I. Conciliorum Galliae, p. 618 primus in lucem edidit. Nos mutilatos quoque canones transcribendos curavimus.

Nostram synodum, cuius, ut iam diximus, annus incertus est, post concilium Parisiense a. 614. hab. celebratam esse ex eo patet, quod huius concilii et edicti Chlotarii in nostrae synodi canonibus I. et X. mentio fit.

fol. 300', col 2, v. 13

I. Ut constitutiones ille, quae Parisius sunt decretae, hoc est tam a domnis sacerdotibus quam a domno Chlothachario rege[1], iuxta prisca patrum constitutionem in omnibus conserventur, quia in nullo fidei catholice vel ecclesiasticae regole contrarie sunt invente.

II. Ut altaria alibi consegrari non debeant nisi in his tantum ecclesiis, ubi corpora saepulta * *

III. Ut * * *

* * * * *

* * * * *

IIII. Ut * * *

* * * * *

* * * * *

24 *add.* non sint *post* sepulta *Sirm.*

1) *Conc. Paris. a. 614. et Edict. Chlotarii; cf. Loening II, 153, n. 3.*

fol. 301, col 1, v. 1.

diverso.

V. Ut monachi iuxta reco-
lam vivant nec sequestrati per cellas
*h*abitent vel convivant vel peculia-
re nullum habeant, sed iuxta aposto-
*l*um sent eis omnia cummunia, sicut
abbatis vel praepositi dispensatio
iuxta perpendirit[1].

*V*I. Ut intra septa monastyrii
*no*n baptizetur nec missae defunc-
*tor*um saecularium in monastyrio
*celebr*entur nec saecularium cor-
*pora ib*idem sepeliantur, forsitan
*per*miso ponteficis. [rum

VII. De praevasoribus eclesia-
et ut invicem in suo solatio adsint
episcopi. Sane generale constitutione
*decre*vimus, ut, quia praepediente
* a * co contra pauperum substan-
tiam et eclesiarum praedia non solum
* sed, quid est gravius, multi per in-
* * * si quis episcopi
* * * * ipse
* * * * libet
* * * * *
* * * * *
* * * * *
* * * * *
* * * * *

10 missas *cod.*

fratris sui venire neclexerit excepto egretudinem corporis neque ipse veniat nec in suo solatio personas dirigat, placuit, ut usque sancta synodo communione privetur.

fol. 301, col. 2, v. 1.

VIII. Illud specialiter decernimus, ut nullus episcopus vel presaut diaconus vel clerecus honore [byter monitus mulierem in domo sua habeat praeter matrem, sororem et ameta. Quod si quis super statuta canonum deinceps habere praesumpserit, iuxta arbitrium pontefices sententiam canonicam feriatur et illa ut adultera condemnetur[2].

VIIII. De his qui ad aeclesias confugium faciunt. Ut eclesiae status in omnibus firmo robore persistat, nullus de aeclesiam violenter tragatur, nec confugientibus in ecclesiam subtragatur. Quod si quis hoc facere praesumpserit, communione privetur, sed nec vinculis aut ferrum, qui in ecclesia confugerit, conlegetur[3].

X. De iudicibus. Si quis
* alieni clerici * * omi-
* ari princep * * Pari-
sius cum tanto * * et qui *ab o*bte-
matibus confir*matus* * * *

10 soror *cod.* 15 adultera] altera *cod.* 16 ad] de *cod.* 21 *supplendum esse videtur ante* subtragatur *vox* locus, *nisi preferas emendare cum Sirmondo* confugiendi ius *pro* confugientibus 22 quod — privetur *om. Sirm.*

1) *Cf. conc. Aurel. a. 511. c. 19. a. 585. c. 8.* 2) *Cf. conc. Lugd. a. 583. c. 1.* 3) *Cf. conc. Matisc.*

fol. 301', col. 1, v. 1.

aut ambulare praesumpserit, se admonitus emendare neclexerit, communione privetur[1].

XI. Ut abbatis, archipresbyteri absque culpas de ecclesiastico ministerio removeri non debeant[2], nec per praemia nullus abba aut archipresbyter ponatur. Quod si quis facere praesumpserit, communione privetur. Nec saecularis archipresbyteri ponantur; forsitan si talis fuerit, quem pro merito personae in solacium eclesiae pontefex necessarium eclesiae iudicit, sene corum defensione parreciani illi se defensare non possunt[3].

XII. Presbyteri vel diaconi se nulla racione nubere praesumant. Quod si praesumpserint, ab ecclesia sequistrentur[4].

XIII. De excommunicatis placuit, [tero si quis pro crimine suo ab episcopo vel presbyter fuerit communione privatus, episcopus vel presbyter et facinus excommunicati et privationem communionis vicinis civitatibus vel parrociis stodeant indecare. Quod si quis, ad cuius post notitiam venerit, usque audientia cum ipso communicare praesumpserit, biennio[5] communione privatus ab ecclesia sequistretur[6].

*XIIII. De in*genuos, qui se pro culpa a*liqua* vindederint vel op*pigneraver*int, placuit, ut, quan-

fol. 301', col. 2, v. 1.

doquidem praecium, qua*ntum pro ip*sis datum est, invenire potue*rit*, absque dilatione ad statum suae condition*is* reddito praecium refurmentur nec amplius, quam pro eis datum est, requiratur; et interem, si vir ex ipsis uxorem ingenuam habuerit aut mulier ingenuum habuerit maritum, filii, qui ex ipsis nati fuerint, in ingenuetate *permane-*

XV. ant. De antiqua synod *

Si quis Christianorum diocess*i, cui ab* anterioribus episcopus est cons*titutus*

argumentum de potestate *
cis subtrahere voluerit aut *
substantia ipsius parrocia*e auferre*
conetur et, quod edocet, illa per *
annorum spacia possedit diu *
si hoc suorum fuisset p *
ferat. Si quis admonitus *
dare distulerit, veniat * *
sententia de qua dictum *
que non raeperit * *
redent * * * *
tes * * * *
* * * * *
* * * * *
* * * * *
de * * * *
* * * * *
* * * * *

5 ministerio *correximus cum Sirm.*, missas *cod.* 11 quem] qui *cod.* 12 eclesiae] esse *Sirm.* 13 sene corum] ut sine eius *Sirm.* 24 cuius] eius *cod.* post] postquam *Sirm.* 29 culpa aliqua] pecunia aut alia re *Sirm.*

2 invenire (= inveniri) potuerit *scripsimus*, invenire potuerint *Sirm.*

1) *Cf. conc. Paris. a. 614. c. 5 (3).* 2) *Cf. Hinschius IV, 836, n. 5.* 3) *Cf. Loening II, 358, n. 3.* 4) *Cf. Loening II, 317, n. 1.* 5) *Cf. Hinschius IV, 801, n. 3. 5.* 6) *Cf. conc. Paris. a. 556—573. c. 7; Hinschius IV, 842, n. 1.*

CONCILIUM CLIPPIACENSE.

626. aut 627. Sept. 27.

Exstat haec synodus in uno codice Monacensi Lat. 5508 (nobis D) fol. 106 sic inscripta: Item synodus in basilica sanctae Mariae matris Domini.

Primus in lucem eam protulit Eusebius Amort, Elementa iuris canonici veteris et moderni. 1757. T. II, p. 416; iterum eam edidit J. Friedrich, Drei unedirte Concilien aus der Merovingerzeit. 1867. p. 61.

Synodus nostra habita est sub die V. kal. Octobris, anno XLIII. regis . . . Hlothari *(vide infra p. 201, v. 41). De ratione annos regis Chlotarii II. computandi vide Krusch, Forschungen z. deutsch. Gesch. XXII, 459; Havet, Questions mérovingiennes 41, n. 3 (2°); 58, n. 1.*

Ad hoc concilium pertinere videtur, quod Aimoinus, monachus Floriacensis, Hist. Franc. IV, 15 his verbis scribit: Anno XLIV. *(sic)* regni Chlotarii, filiorum regis seu proximorum praesulum quoque Galliae Clippiaci concilium congregat, ut, quaecumque pacifica regno vel utilitati ecclesiae congruerent, statuerentur[1].

In nomine Domini. Suggerente gloriosissimo atque piissimo domno Hlothario rege cum in suburbano Parisius in basilicam dominae Mariae matris Domini, quae in atrium sancti Dyonisii martyris sita est, iuxta predium, quod Clipiaco dicitur, venissemus ibique clementia vestra canonum regulas tractare iussisset hac pro statu ecclesiae, quaeque sunt necessaria, disponere precepisset, omnipotenti Domino gratiarum multiplices egimus actiones, qui vestrae gloriae talem indedit mentem, ut non minus pro pacem ecclesiae quam pro vestrae felicitatis instantia vigiletis. Unde non mediogriter gratulamur in Domino, quod ea, quae vobis divinis vocibus nuntiantur, non solum precepta profertis, quin etiam a nobis dicenda prevenitis hac velut illi David et regni imperium gratia provide gubernantes et ministrationem propheticam adimpletis.

Ergo quando nobis vestrae bonitatis gratiam fiduciam contulit suggerendi, supplices speramus, ut eam constitutionis regulam nobis per omnia conservetis, quam Parisius

16 suggerente] suggerendum *cod.* 19 ibique] ubique *cod.* iussisse . . . precepisse *cod.* 21 qui *addidimus* 24 profertis] profectis *cod.* 27 constitutionis] constitutionem *cod.*

1) *Duchesne, Hist. Franc. SS. III, 105.*

actenus vobis presentibus in universali Gallearum et magna synodum[1] iuxta prisca canonum institutionem constitui precepistis. Est nobis valde gratissimum, ut ea, quae vestro sunt imperio generaliter promulgata atque tantis sacerdotibus sunt edita vel digesta, in omnibus conserventur. Et quia nonnulla ex his capitola, quae per diversos canonum scripsimus libros, in unum corpus collecta congessimus, huic predictae constitutioni iudicamus adnectendam, obsecramus obnexe, ut, quae vestrae examinis libra ex his prophetaverit et predictis regulis elegerit esse subdenda, auctoritatis vestrae oraculo confirmentur perpetua Domino presole adstipulationem mansura.

I. Episcopus, presbyter vel diaconus usuras a debitoribus exigens aut desinat aut certe damnetur[2]. Nam neque centissima exigant aut turpia lucra requirant; sexcuplum vel decoplum exigere prohibemus omnibus Christianis[3].

II. Clerici quod etiam sine precaturiis qualibet diuturnitate temporis de ecclesiae remunerationem possiderint, in ius proprietarium prescriptionem temporis non vocetur, dummodo pateat rem ecclesiae fuisse, ne videantur etiam episcopi administrationis prolixe aut precaturias, cum ordinati sint, facere debuisse aut diu tentas ecclesiae facultates proprietati suae posse transcribi[4].

III. Si clerici revellionis ausu sacramentis se aut scriptura coniuratione constrinxerint atque insidias episcopo suo aut contra se calleda allegatione confecerint, cum etiam saecularibus sit legibus omnino prohibitum, si admoniti emendare contempserint, gradu proprio omnino priventur, sic tamen ut, si quas etiam causas se contra episcopo suo aut inter se habuerunt, proxima synodo requirantur[5].

IV. Edictum vel capitula canonum, quod Parisius in generali illa synodo in basilica domni Petri constitutum est et a gloriosissimo domno Hlothario rege firmatum[6], sub omni firmitatem censuemus custodire.

V. Et quando Deo iubente fides catholica iam ubique in Galleis perseverat, si qui tamen Bonosiaci aut occulte heretici esse suspicantur, a pastoribus ecclesiae sollicite requirantur et, ubicumque inventi fuerint, ad fidem catholicam Domino presole revocentur, ne per errorem paucorum vitium, quod absit, mentibus supplicibus inprematur[7].

1 actenus] actemus *cod.*, ac Remus *coniecit Fried., sed v. prooemium nostrum in conc. sub Sonnatio hab. a. 627—630. infra p. 202* 4 *enuntiatum* et quia nonnulla — mansura *correximus, quod vitiose sic exhibetur in cod.:* et quia nonnulla his capitola qua pro diversos ... congessimus hac predicti constitutionem iudicamus adnectendam observamus obnexe ... prophetaverit ut predictis ... auctoritas ... confirmetur ... mensura.

9 a debitoribus *correximus*, ad ep^{at} * torib; *cod.*, ab episcopatibus *Fried.* 10 sexsuplum *cod.* 13 *add.* si quae *ante* possiderint *cod.* proscriptionem *cod.* 14 episcopus *cod.* 15 debuissent *cod.* 16 proprietatis *cod.*

17 scriptura] scribere *cod.* *supplendum est* intercedente *vel simile verbum post* coniuratione, *v. conc. Aurel. a. 538. c. 30 (27).*

26 suspicantur] ius peccantur *cod.* 28 vitium] reddevitium *cod.*

1) *Conc. Paris. a. 614.* 2) *Vide can. Apost. 44 (43), quocum ad verbum prima pars huius canonis consentit.* 3) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 30 (27).* 4) *Vide conc. Epaon. c. 18, quocum ad verbum consentit solis verbis* cum auctoritate domni gloriosissimi principis nostri *omissis.* 5) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 24 (21).* 6) *Conc. Paris. a. 614. et Edict. Chlotarii.* 7) *Cf. Loening II, 49, n. 1.*

VI. Episcopus non temere quemquam excommunicare debet[1]; nam excommonicatus si se existimat iniuste damnatum, in proxima synodo habeat licentiam reclamandi[2] et, si iniuste damnatus fuerit, absolvatur, sin autem iuste, inpositae paenitentiae tempus exsolvat.

VII. Si iudex cuiuslibet ordinis clericum publicis actionibus inclinare presumpserit aut pro quibuslibet causis absque conscientia et permissum episcopi distringere aut calumniis vel iniuriis affici presumpserit, a communione privetur, sic tamen ut episcopus de reputatis conditionibus clericorum neglegentias emendare non tardet[3].

VIII. Hi vero, quos puplicus census expectat[4], sine permissu principis vel iudicis se ad religione sociare non audeant[5].

IX. Si quis fugitivum ab ecclesia absque sacramento quacumque occansione substraxerit, a communione privetur. Nam servus accepto sacramento dominis propriis ab ecclesia produci licet. Si quis ius sacramenti prestitum temeraverit, communione privetur. Nam hoc in ecclesia fugientibus est iurandum, quod de vita, tormento et truncatione securi exeant. Aliter si quis de ecclesia abstraxerit, communione privetur, quod etiam in antiquis canonibus est preceptum[6]. Ille vero qui sancte ecclesiae beneficio liberatur a morte, non prius egrediendi accipiat libertatem, quam paenitentiam se pro scelere peccatorum agere promittat[7].

X. De incestis coniunctionibus. Si quis infra prescriptum canone gradum incestuoso ordine cum his personis, quibus a divinis regulis prohibitum est, coniunx est, usquequo paenitentiam sequestratione testentur, utrique communione priventur et neque in palatio habere militiam neque in forum agendarum causarum licentiam non habebunt[8]. Nam quomodo predicti se incestuose coniuncxerint, episcopi seu presbyteri, in quorum diocisi vel pago actum fuerit, regi vel iudicibus scelus perpetratum adnuntient, ut, cum ipsis denuntiatum fuerit, se ab eorum communione aut cohabitatione sequestrent. Res autem eorum ad proprios parentes usque ad sequestratione perveniant sub ea conditione, ut, antequam segregentur, per nullum ingenium neque per parentes neque per emtionem neque per auctoritatem regiam ad proprias perveniant facultates, nisi prefatum scelus sequestrationis separatione et paenitentia feriatur[9].

XI. Si quis homicidium sponte comiserit et non violenter resistens, sed vim faciens interficerit, cum isto penitus non communicandum, sic tamen ut, si paenitentiam egerit, in exitum ei communionis viaticum non negetur[10].

1 excommunicator *cod.* 2 damnatum] natum *cod.* 3 damnatum *cod.* inpositae] inponere *cod.* paenitentia et tempus *cod.*
4 ordine *cod.* 5 promissum *cod.*
8 promissu *cod.*
12 licet] libet *cod.* temeraverit] temoraverit *cod.* 14 *repet.* si *post* quis *cod.* 17 peccatorum agere *corr. in cod. ex* paucorum esse.
18 incertis *cod.* si quis—gradum *correximus (v. conc. sub Sonnatio hab. a. 627—630. c. 8),* si quis aut proscriptum non est gradus *cod.* 21 foro *postea corr. in cod.* 22 predicti] previctis *cod.* 23 diocisis *cod.* perpetramus *cod.* 24 denuntiamus *cod.* 26 per] pro *cod. utroque loco* 28 feriantur *cod.*

1) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 2.* 2) *Cf. Hinschius IV, 842, n. 1.* 3) *Cf. conc. Paris. a. 614. c. 6(4); Hinschius IV, 861, n. 3.* 4) *Cf. Loening II, 167; 398, n. 1.* 5) *Cf. Thom. P. I, l. 3, c. 61, num. 1; Waitz, Deutsche Verfassungsgesch. II, 578, n. 1; 579, n. 2.* 6) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 22; conc. Matisc. a. 585. c. 8.* 7) *Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 97, num. 7; Hinschius IV, 817, n. 2.* 8) *Cf. Loening II, 551, n. 1; Hinschius IV, 804, n. 8; 846, n. 2; Waitz II, 398, n. 1; 440, n. 2.* 9) *Cf. conc. Paris. a. 614. c. 16 (14); iunge Freisen, Gesch. d. canon. Eherechts p. 379.* 10) *Cf. conc. Epaon. c. 31; iunge Hinschius IV, 798, n. 8.*

XII. Clerici vel saeculares qui oblationes parentum aut donatas aut testamento relictas retenere presumpserint[1] aut id, quod ipsi donaverunt, ecclesiae aut monasteriis crediderunt auferendum, sicut synodus sancta constituit, velut negatores pauperum, quousque reddant, ab ecclesiis excludantur[2].

XIII. Christiani Iudaeis et gentilibus non vendantur. Nam si quis Christianorum necessitate cogente mancipia sua Christiana elegerit venundanda, non aliis nisi tanto Christianis expendat. Nam si paganis aut Iudaeis vendiderint, communione priventur et emptio careat firmitatem. Iudaei vero si Christiana mancipia ad Iudaismum vocare presumserint aut gravibus tormentis adflixerint, ipsa mancipia fisci ditionibus reformentur[3]. Qui tamen Iudaei ad nullas actiones puplicas admittantur[4]. Iudaeorum vero convivia penitus refutanda.

XIV. Si quis clericus de civitate sua aut provincia ad alias voluerit provincias aut alias pergere civitates, pontificis sui epistolis commendetur[5], quia, si sine epistolis profectus fuerit manifestis, nullo modo recipiatur[6].

XV. Casellas vero aut mancipiola ecclesiae episcopi, sicut prisca canonum precepit auctoritas, vel quascumque res ad ius ecclesiae pertinentes neque vendere neque per quoscumque contractus, unde pauperes vivunt, post mortem alienare presumant[7].

XVI. Conperimus ita a Christianis auguria observari, ut simili paganorum scelere conparetur[8]. Sunt etiam nonnulli, qui cum paganis comedunt cibos[9]; sed hos benigne placuit admonitione suaderi[10], ut ab erroribus pristinis revocentur. Quod si neglexerint et idolatriis vel immolantibus se miscuerint, paenitentiae tempus exsolvant.

XVII. Ut servi et vilis persone ad accusationem non admittantur. Qui personam susceperit accusantem, cum unum crimen non adprobaverit, ad alium accusando non permittatur[11].

XVIII. Si quis in quolibet gradu vel cingulo constitutus aut potestate suffultus decedente episcopo res cuiuslibet conditionis in domus vel agros ecclesiae positas ante reserationem testamenti vel audientiam ausus fuerit occupare vel repagola effringere ecclesiae et supellectilem infra domus ecclesiae positam contingere vel scrutare presumpserit, a communionem abdicitur[12].

XIX. Si quis ingenuum aut libertum ad servitium inclinare voluerit et fortasse iam fecit et commonetus ab episcopo se de inquietudinem eius revocare neglexerit aut emendare noluerit, tamquam calumniae reum[13] placuit sequestrari.

XX. Clerici cuiuslibet ordinis neque pro propriis neque pro ecclesiasticis causis

3 *add.* et *ante* sicut *cod.*
7 expendant *cod.*
17 per quoscumque] procumque *cod.*
20 suaderi] dei *cod.*
25 suffultas *cod.* 29 *add.* earum cumnis *post* communionem *cod.*
30 libertum] liberum *cod.*
33 propriis neque pro *addidimus ex conc. sub Sonnatio hab. a. 627—630. c. 18.*

1) *Cf. conc. Paris. a. 556—573. c. 1.* 2) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 16; conc. Matisc. a. 583. c. 4.* 3) *Cf. Waitz II, 593, n. 1; Hinschius IV, 846, n. 1.* 4) *Cf. conc. Paris. a. 614. c. 17 (15).* 5) *Cf. conc. Agath. c. 38; iunge Hinschius III, 222, n. 3.* 6) *Cf. conc. Epaon. c. 6.* 7) *Cf. ad hunc canonem conc. Agath. c. 7, cuius cum prima parte maxime consentit.* 8) *Cf. conc. Autissiod. c. 4.* 9) *Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 15.* 10) *Cf. Hinschius IV, 842, n. 4. i. f.* 11) *Cf. Loening II, 502, n. 2; Hinschius IV, 839, n. 6.* 12) *Cf. conc. Paris. a. 614. c. 9 (7).* 13) *Cf. Hinschius IV, 797, n. 3.*

aliter adire non debeant in foro nec causas dicere audeant, nisi quas cum permisso et consilio episcopi eis fuerit omnino permissum[1].

XXI. Ut in parrociis nullus laicorum archipresbyter[2] preponatur, sed, qui senior in ipsa parrocia esse debet, clericus ordinetur[3].

XXII. Pontificis vero, quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis dumtaxat aliquid aut cum ecclesia aut sequestratim aut dimittitur aut donatur, quia ille, qui donat, pro remedium animae suae, non pro quommoda sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiae inter facultates ecclesiae conpotabunt, quia iustum est, ut, sicut sacerdus habet, quod ecclesiae dimissum est, ita ecclesia habeat, quod reliquid sacerdus[4].

XXIII. Sane quicquid per fideicommissum aut sacerdotis nomini aut ecclesiae fortasse dimittitur cuicumque alii postmodum futurum, id inter facultates suas ecclesia conpotare aut retemtare non poterit[5].

XXIV. Si quis episcopus res, quae ab alia ecclesia presentialiter possidentur, quocumque ingenium aut callida cupiditate pervaserit et sine audientia presumpserit usurpare hac suis vel ecclesiae suae ditionibus revocare, diu communione privatus ut negator pauperum, ab officium deponatur[6].

XXV. Si quis episcopus, excepto si evenerit ardua necessitas pro redemtione captivorum, ministeria sancta frangere pro qualemcumque conditione presumpserit, biennio ab officio cessavit ecclesiae.

XXVI. Viduas, quae se Deo consecrare petierint, vel puellas Domino consecratas nullus neque per auctoritatem regiam neque per quacumque potestate suffultus aut propria temeritate rapere vel trahere audeat. Quod si utrique consenserint, communione priventur[7].

XXVII. Iudices qui super auctoritatem et edicto dominico canonum statuta contemnunt vel edictum illum dominico, qui Parisius factum est[8], violant, si admoniti emendare contemserint, placuit eos communione privare.

XXVIII. Ut decedente episcopo in loco eius non alius subrogetur nisi loci illius indegena[9], quem universalis totius populi elegerit votus hac conprovincialium voluntas adsenserit. Aliter qui presumpserit, abiciatur a sede, quam invasit potius quam accipit[10]. Ordinatores autem ab officio administrationis suae sedis cessare decernimus[11].

Ex civitate Lugduno Treticus episcopus.
Ex civitate Biturecas Sulpicius episcopus.

1 in foro *corr. in cod. ex* furori causis *cod.*
6 ecclesiae *cod.* 8 offerre] auferre *cod.* 9 conportabant *cod.* 10 ecclesiae *cod.* reliquid sacerdus] *cod., melius in conc. Agath. (cf. infra n. 5)* relinquitur sacerdoti.
11 per] pro *cod.* nomen *cod.* 12 ecclesiae *cod.* 13 non *om. cod.*
16 privatur ut negatorem *cod.*
22 *add.* quae se deo *post* nullus *cod.* per] pro *cod. utroque loco*
29 quem] quis *cod.*

1) *Cf. conc. Epaon. c. 11.* 2) *Cf. Hinschius II, 266, n. 2.* 3) *Cf. conc. inc. loci post a. 614. hab. c. 11; Thom. P. I, l. 2, c. 4, num. 1; Loening II, 358, n. 3.* 4) *Cf. Thom. P. III, l. 1, c. 21, num. 5.* 5) *Ad hunc et canonem antecedentem vide conc. Agath. c. 6, quocum ad verbum consentiunt.* 6) *Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 15; conc. Paris. a. 614. c. 11 (9); Hinschius IV, 812, n. 3.* 7) *Cf. conc. Turon. a. 567. c. 21 (20); conc. Paris. a. 614. c. 15 (13).* 8) *Cf. conc. Paris. a. 614. c. 6 (4) = Edict. Chlot. a. 614. c. 4.* 9) *Cf. Waitz II, 395, n. 1.* 10) *Cf. conc. Paris. a. 614. c. 2.* 11) *Cf. Hinschius IV, 810, n. 2.*

Ex civitate Uienna Landolenus episcopus.
Ex civitate Senonus Mederius episcopus.
Ex civitate Toronus Medigisilus episcopus.
Ex civitate Remus Sonnacius episcopus.
Ex civitate Elosa Senotus episcopus.
Ex civitate Aginno Asodoaldus episcopus.
Ex civitate Uisontione Donans episcopus.
Ex civitate Lauduno Hainoaldus episcopus.
Ex civitate Treuerus Anastasius episcopus.
Ex civitate Boiocas Regnoberhtus episcopus.
Ex civitate Cennomannis Haidoindus episcopus.
Ex civitate Andecauis Magnobodus episcopus.
Ex civitate Namnetis Leobardus episcopus.
Ex civitate Rotenus Uerus episcopus.
Ex civitate Aruernus Cesarius episcopus.
Ex civitate Gabalus Agricula episcopus.
Ex civitate Cadurcus Rusticus episcopus.
Ex civitate Auscius Audericus episcopus.
Ex civitate Carnodas Berhtigisilus episcopus.
Ex civitate Altisiodoro Balladius episcopus.
Ex civitate Neuerno Raurecus episcopus.
Ex civitate Egulisma Nammacius episcopus.
Ex civitate Abrincatis Hildoaldus episcopus.
Ex civitate Catalaunis Felix episcopus.
Ex civitate Parisius Leodoberhtus episcopus.
Ex civitate Sanctonis Leoncius episcopus.
Ex civitate Austitano Babo episcopus.
Ex civitate Tolosa Uuilligisilus episcopus.
Ex civitate Pectauis Iohannis episcopus.
Ex civitate Nouiomago Aigahardus episcopus.
Ex civitate Meldus Gundoaldus episcopus.
Ex civitate Sessionis Ansaricus episcopus.
Ex civitate Uiridono Godo episcopus.
Ex civitate Siluanectis Aigomaris episcopus.
Ex civitate Albie Constantius episcopus.
Ex civitate Mettis Arnulfus episcopus.
Ex civitate Colonia Honoberhtus episcopus.
Ex civitate Lingonis Modoaldus episcopus.
Ex civitate Aurilianus Audo abbas.
Ex civitate Burdegala Samuhel diaconus.

Factum concilium sub die V. kal. Octobris, anno XLIII. regis domni nostri Hlothari Deo propitio regi. Amen.

CONCILIUM SUB SONNATIO EPISCOPO REMENSI HABITUM.

627—630.

Flodoardus, Hist. ecclesiae Remensis II, 5, canones concilii sub Sonnatio celebrati una cum episcoporum, qui interfuerunt, nominibus tradit, sed nec quo loco nec quando habitum sit, refert. Quod concilium canonibus suis concilio Clippiacensi a. 626. aut 627. proxime cognatum est, cum alii utriusque synodi canones et argumento et verbis, alii argumento saltem inter se consentiant. Friedrich, Drei Concilien p. 61, qui in praefatione concilii Clippiacensis pro Parisius actemus *legendum esse* Parisius ac Remus *censuit, hac sua coniectura coactus est Clippiacense post hoc concilium ponere. Quam lectionem iam ea ratione approbare nequivimus, quia verba, quae in praefatione statim sequuntur*: in universali Gallearum et magna synodo . . . constitui praecepistis, *ad unam tantum, non ad duas synodos spectant. Accedit, quod de solo concilio Parisiensi illud nobis traditum est, quod in synodi Clippiacensis praefatione legitur, a rege eoque praesente canones promulgatos esse. Synodum autem Clippiacensem profecto priorem esse his rationibus efficitur, quod 1) concilii Clipp. canon 2 concilii Epaon. canonem 17 iisdem verbis repetit, concilii autem nostri canon 1 abbreviationem tantum huius canonis praebet; item concilii Clipp. canon 15 concilii Agath. canonis 7 verba ipsa, concilii vero nostri canon 13 eundem canonem decurtatum profert. Apparet igitur concilium nostrum canonum suorum seriem de concilio Clippiacensi deprompsisse neque hoc de illo tamquam de fonte ductum esse. 2) Episcopi in concilio Clippiacensi congregati in praefatione diserte dicunt se capitula nonnulla,* quae per diversos canonum libros scripsimus, *in unum corpus digessisse, id quod a vero abhorreret, si ex uno nostro concilio canones hausissent.*

Annum et diem concilii ignoramus. Inter episcopos, qui subscripserunt, reperitur Arnulfus episcopus Mettensis, cuius 'discessum' ab episcopatu Fredegarius, Chron. IV, 58, memorat inter res septimo regis Dagoberti anno gestas, qui congruit cum a. 629. aut 630[1].

Concilii, quod in collectionibus manu scriptis desideratur, textum dedimus sicut SS. T. XIII, p. 451 sq. editus est. Cuius editionis subsidia sic notantur:

1[a]) Codex Montispessulanus nr. 186, saec. XIII. 1[b]) Cod. Remensis nr. 840. 842, saec. XII. ex. vel XIII. 1[c]) Cod. Trecensis nr. 620, saec. XII. XIII. 1[d]) Cod. Parisiensis nr. 5209, saec. XV. 2) Cod. Romanus Vatic. Regin. Christ. nr. 510, saec. XV; ad quem prope accedit 3) Sirmondi editio ex Gualteri apographo parata. Cuius lectionem 3[b]) Colvenerius in editione sua saepius praesertim ad codicis

1) *Cf. Krusch, Forsch. z. deutschen Gesch. XXII, 446 sq.; Havet, Questions Mérov. IV, 42.*

2ᵇ fidem emendavit. — Numeri in hac editione desiderantur, capita distinguuntur; retinuimus divisionem et numerationem, quam Sirmondus instituit.

Flodoardus l. l. haec scribit:

Romulfum sequitur in episcopatu Somnatius, qui sinodum celebrasse reperitur cum aliis quadraginta vel eo amplius Galliarum episcopis. Ubi etiam sanctus Arnulfus Metensium presul invenitur interfuisse cum Theoderico Lugdunensi, Sindulfo Uiennensi, Sulpitio Bituricensi, Medegiselo Turonensi, Senoco Elosanensi, Leontio Xantanensi, Modoaldo Treuerensi, Chuneberto Coloniensi, Richerio Senonensi, Donato Uesontionensi, Auspicio Augustidunensi, item Modoaldo Lingonensi, Ragneberto Baiocensi, Childoaldo Abrincatensi, Bertegiselo Carnotensi, Palladio Autisiodorensi, Gondoaldo Meldensi, Leudeberto Parisiacensi, Chainoaldo Lauduni-Clauati, Godone Uirdunensi, Ansarico Suessonensi, Claudio Reiensi, Bertoaldo Camaracensi, Agomaro Siluanectensi, Caesario Aruernensi, Uero Rutenensi, Agricola Gabalensi, Lupoaldo Magonciacensi, Uuillegiselo Tolosano, Constantio Albiensi, Nammatio Ecolesinensi, Rustico Caturcensi, Auderico Auscensi, Emmone Aresetensi, Felice Catalaunensi, Chadoindo Cenomanensi, Magnebodo Andegauensi, Iohanne Pictauensi, Leobardo Namnetico.

In qua sinodo multa leguntur utilia constituta:

I. De rebus scilicet ecclesiae, qualiter tractandae sint et de his, quae per precatoriam impetrantur ab ecclesia, ne diuturnitate temporis ab aliquibus in ius proprium usurpentur et ecclesiae defraudentur[1].

II. De clericis si qui rebellionis ausu sacramentis se aut scripturae coniuratione constrinxerint atque insidias episcopo suo callida allegatione confecerint, ut, si admoniti emendare contempserint, gradu proprio omnino priventur[2].

III. Ut capitula canonum Parisius acta in generali sinodo in basilica sancti Petri Lotharii regis studio congregata omni firmitate custodiantur[3].

IV. Ut, si qui heretici adhuc esse suspicantur in Galliis, a pastoribus ecclesiarum perquirantur et, si veraciter fuerint inventi, ad fidem catholicam revocentur[4].

V. Ut temere nullus excommunicetur; et si excommunicatus existimat se iniuste dampnatum, in proxima sinodo habeat licentiam reclamandi et, si iniuste dampnatus fuerit, absolvatur, sin autem iuste, impositum poenitentiae tempus exsolvat[5].

VI. Ut, si quis iudex cuiuslibet ordinis clericum publicis actionibus inclinare presumpserit aut pro quibuslibet causis absque conscientia et permissu episcopi distringere aut contumeliis vel iniuriis afficere presumpserit, communione privetur. Episcopus tamen de reputatis conditionibus clericorum negligentias emendare non tardet. Hi vero, quos publicus census spectat, sine permissu principis vel iudicis se ad religionem sociare non audeant[6].

7 modegiselo *3* santanensi *1ᵇ·ᵈ*; vantonensi *2*; santonensi *3* 8 chunneberto *3* 11 anserico suessionensi *2. 3* 12 berthaildo *2* cameracensi *2. 3* 13 arvennensi *1* rutemensi (ruteniensi *1ᵃ*) *1* maguntiacensi *2. 3* willegisello *2* 14 namatio *3* ecolesmensi *2. 3* 15 hadoindo *2. 3* 16 leubardo *1*.
22 insidie *1*.
24 in *ante* basilica *om. 1* 25 lotharii *om. 2*.
31 ordinis *om. 1* 34 quos] quod *1*.

1) *Cf. conc. Clipp. c. 2.* 2) *c. 3.* 3) *c. 4.* 4) *c. 5.* 5) *c. 6.* 6) *c. 7 et 8.*

VII. Si quis fugitivum ab ecclesia absque sacramento, quo ei iurandum est, ut de vita, tormento et truncatione securus exeat, qualicumque occasione abstraxerit, communione privetur. Similiter, si quis ius sacramenti prestitum violaverit, communione privetur. Ille vero, qui sanctae ecclesiae beneficio liberatur a morte, non prius egrediendi accipiat libertatem, quam poenitentiam se pro scelere acturum esse promittat et, quod ipsi canonice imponetur, impleturum[1].

VIII. De incestis coniunctionibus. Si quis infra prescriptum canonibus gradum incestuoso ordine cum his personis, quibus a divinis regulis prohibetur, se coniunxerit, nisi poenitentiam sequestratione testentur, communione priventur et neque in palatio militiam neque agendarum causarum licentiam habeant. Et quando predicti se incestuosi coniunxerint, episcopi seu presbiteri, in quorum diocesi vel pago actum fuerit, regi vel iudicibus scelus perpetratum adnuntient, ut, cum ipsis denuntiatum fuerit, se ab eorum communione aut cohabitatione sequestrent et res eorum ad proprios parentes perveniant sub ea conditione ut, antequam sequestrentur, per nullum ingenium neque per parentes neque per emptionem neque per auctoritatem regiam ad proprias perveniant facultates, nisi prefati sceleris separatione poenitentiam fateantur[2].

IX. Si quis homicidium sponte commiserit et non violentiae resistens, sed vim faciens impetu hoc fecerit, cum isto penitus non communicandum, sic tamen ut, si poenitentiam egerit, in exitu ei communionis viaticum non negetur[3].

X. Clerici etiam vel seculares qui oblationes parentum aut donatas aut testamento relictas retinere presumpserint aut id, quod ipsi donaverint, ecclesiis aut monasteriis crediderint auferendum, sicut ante sinodus sancta constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab ecclesiis excludantur[4].

XI. Ut Christiani Iudeis vel gentilibus non vendantur; et si quis Christianorum necessitate cogente mancipia sua Christiana elegerit venumdanda, non aliis nisi tantum Christianis expendat. Nam si paganis aut Iudeis vendiderit, communione privetur et emptio careat firmitate. Iudei vero si Christiana mancipia ad Iudaismum vocare presumpserint aut gravibus tormentis afflixerint, ipsa mancipia fisci ditionibus revocentur. Qui tamen Iudei ad nullas actiones publicas admittantur. Iudeorum vero convicia in Christianos penitus refutanda sunt[5].

XII. Item si clericus proficiscens de civitate ad alias civitates voluerit aut provincias pergere, pontificis sui epistolis commendetur. Quod si sine epistolis profectus fuerit manifestis, nullo modo recipiatur[6].

XIII. Item ut episcopus mancipia vel res ad ius ecclesiae pertinentes neque vendere neque per quoscumque contractus, unde pauperes vivunt, post mortem alienare presumat[7].

XIV. Item de his, qui auguria vel paganorum ritus inveniuntur imitari vel cum paganis superstitiosos comedunt cibos, quos benigna placuit admonitione suaderi, ut ab

3 similiter — privetur *om. 1* 5 esse acturum *2*; esse facturum *3*.
11 diocesos vel pagos *1* 15 propriam *1* 16 poenitentiam *om. 2*.
20 cleri *1*.
31 aut] ad *2*.
34 *add.* ecclesie *post* res *2* 35 contractis *1*.

1) *Cf. conc. Clipp. c. 9.* 2) *c. 10.* 3) *c. 11.* 4) *c. 12.* 5) *c. 13.* 6) *c. 14.* 7) *c. 15.*

erroribus pristinis revocentur. Quod si neglexerint et ydololatris vel immolantibus se miscuerint, poenitentiae dignum tempus exsolvant[1].

XV. Item ut serviles personae ad accusationem non admittantur et qui personam susceperit accusantis, cum unum crimen non probaverit, ad alia accusandum non admittatur[2].

XVI. Item si quis in quolibet gradu vel cingulo constitutus aut potestate suffultus decedente episcopo res cuiuslibet conditionis in domos vel agros ecclesiae positas ante reserationem testamenti vel audientiam ausus fuerit occupare vel ecclesiae repagula effringere et supellectilem infra domum ecclesiae positam contingere vel scrutari presumpserit, a communione Christianorum penitus abdicetur[3].

XVII. Item si quis ingenuum aut libertum ad servitium inclinare voluerit aut fortasse iam fecit et commonitus ab episcopo se de inquietudine eius revocare neglexerit aut emendare noluerit, tamquam calumpniae reum placuit sequestrari[4].

XVIII. Item ut clerici cuiuslibet ordinis neque pro propriis neque pro ecclesiasticis causis aliter adire debeant forum nec causas dicere audeant, nisi quas cum permissu et consilio episcopi agere eis fuerit omnino permissum[5].

XIX. Item ut in parrochiis nullus laicorum archipresbiter preponatur, sed, qui senior in ipsis esse debet, clericus ordinetur[6].

XX. Item pontifices, quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis dumtaxat aliquid aut cum ecclesia aut sequestratim aut dimittitur aut donatur, quia ille, qui donat, pro remedio animae suae, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiae inter facultates ecclesiae computabunt; quia iustum est, ut, sicut sacerdos habet, quod ecclesiae dimissum est, ita et ecclesia habeat, quod relinquitur sacerdoti. Sane quicquid per fideicommissum aut sacerdotis nomini aut ecclesiae fortasse dimittitur cuicumque alii postmodum profuturum, id inter facultates suas ecclesia computatum retinere non poterit[7].

XXI. Item si quis episcopus res, quae ab alia ecclesia presentaliter possidentur, quocumque ingenio aut callida cupiditate pervaserit aut sine audientia presumpserit usurpare ac suis vel ecclesiae suae ditionibus revocare, dum communione privari non potest, ut necator pauperum ab officio deponatur[8].

XXII. Item si quis episcopus, excepto si evenerit ardua necessitas pro redemptione captivorum, ministeria sancta frangere pro qualicumque conditione presumpserit, ab officio cessabit ecclesiae[9].

XXIII. Item viduas, quae se Domino consecrari petierunt, vel puellas Domino consecratas nullus neque per auctoritatem regiam neque qualicumque potestate suffultus aut propria temeritate rapere aut trahere audeat. Quod si utrique consenserint, communione priventur[10].

XXIV. Iudices qui super auctoritate et edicto dominico canonum statuta con-

14 pro *ante* propriis *om. 1.*
18 ordinatur *2.*
22 ecclesiae computabunt — facultates *om. 1* 24 reliquerit sacerdos *3*[b].
34 petierint *2* 36 aut *ante* trahere] vel *1.*

1) *Cf. conc. Clipp. c. 16.* 2) *c. 17.* 3) *c. 18.* 4) *c. 19.* 5) *c. 20.* 6) *c. 21.* 7) *c. 22 et 23.* 8) *c. 24.* 9) *c. 25.* 10) *c. 26.*

tempnunt vel edictum illud dominicum, quod Parisius factum est, violaverint aut contempserint, placuit eos communione privari[1].

XXV. Item ut decedente episcopo in locum eius non alius subrogetur nisi loci illius indigena, quem universale et totius populi elegerit votum ac comprovincialium voluntas assenserit. Aliter qui presumpserit, abiciatur e sede, quam invasit potius quam accepit. Ordinatores autem triennio ab officio administrationis suae sedis cessare decernimus[2].

4 ac] aut *1*.

1) *Cf. conc. Clipp. c. 27.* 2) *c. 28.*

CONCILIUM MATISCONENSE.

613—628.

***H**uius synodi Ionas in Vita Eustasii abbatis Luxoviensis c. 9 meminit. Narrat Agrestinum monachum schismaticum regulae b. Columbani in monasterio Luxoviensi servatae oppugnantem ab Abelleno Genevensis urbis episcopo adiuvatum ab iisque regem Chlotarium II. tentatum esse, ut iis subveniret.* Cumque nihil profuisset, *pergit auctor Vitae,* statuit, ut synodali examinatione probaretur, non ambigens de b. Eustasii auctoritate et doctrina, quod omnes adversantes sanctae regulae prudentia et facunditate administrante sibi Spiritu sancto superaret. Emanante ergo regali auctoritate multi Burgundiae episcopi in suburbano Matisconensis urbis conveniunt; inter quos residebat maximus haereticus, qui maxime synodum fieri urgebat, Warnacharius, qui erat b. Eustasii adversarius ... Praedicto ergo et statuto die, quando adversus Eustasium altercatio oriretur, ipse *(sc. Warnacharius)* morte praeventus interiit[1]. *Hac in synodo Agrestini argumenta refutata et controversias inter ipsum et abbatem Eustasium mediantibus episcopis compositas esse ab eodem Iona refertur.*

Eustasius abbas fuit monasterii Luxoviensis annis 613—628.[2] *Angustiores fines temporis, quo synodus habita sit, certe statuere non licet, quamquam synodum primis annis, quibus Eustasius monasterium rexit, non esse celebratam constat*[3].

1) *Mabillon, Acta SS. O. S. Bened. Saec. II, p. 111. — Hunc Warnacharium eundem esse atque illum Warnacharium maiorem domus, qui teste Fredegario, Chron. IV, 54, anno 43. regni Chlotarii mortuus est, et hac de causa concilii tempus certe determinari posse opinatus est Sirmondus. Refutatur haec opinio a Mabillonio l. l., qui tamen nullis rationibus nisus concilium anno 624. adscribit.*

2) *Hauck, Kirchengesch. Deutschlands I, 267, n. 3.* 3) *Mansi X, 589.*

CONCILIUM CLIPPIACENSE.

636. Mai. 1.

Memoratur haec synodus in Vita S. Agili abbatis Resbacensis, ubi legitur: Proinde in episcopali synodo, quae kalendis Maii in Clipiaco eo anno est habita, b. Agilum praecellentissimus rex *(sc. Dagobertus)* in memorato coenobio praefecit abbatem[1]. *Monasterium Resbacense conditum esse dicitur anno 634[2]. Paulo post, die 1. Oct. anni 14. regni sui, Dagobertus huic coenobio privilegium concessit[3]. Cum in harum rerum consideratione, tum ex eo, quod Fredegarius, Chron. IV, 78, ad annum 14. regni Dagoberti, qui est a. 636, regem Clippiaci aliquantum temporis resedisse narrat, Mabillonius illo anno concilium habitum esse sequi putavit.*

1) *Mabillon, Acta SS. O. S. Bened. Saec. II, p. 309.* 2) *Cf. Mabillon, Annales O. S. Bened. T. I, p. 363.* 3) *Cf. Diplomata T. I, p. 18, n. 17.*

CONCILIUM AURELIANENSE.

639—641. Mai.

Synodi huius mentionem facit Audoenus in Vita S. Eligii I, 28, ubi haec scribit: Per idem fere tempus, quo apud urbem Romam haec gesta sunt, quidam haereticus pulsus a partibus transmarinis in Gallias venit moxque se conferens ad civitatem, quae olim Hedua, nunc autem Augustodunum vocatur, coepit tam caute quam fraudulenter sua nefanda dogmata prodere. Quod cum in palatio ad aures Eligii pervenisset, coepit vigilanter, uti semper in eiusmodi rebus sollicitus erat, cum Audoeno et ceteris catholicis viris tractare, quemadmodum hanc pestem palam omnibus manifestam detegerent. Nec destitit episcopos commonere et optimates, quousque iussu principis sacerdotale concilium apud urbem Aurelianensem congregaretur. ... Cumque nullo genere a quoquam posset concludi aut superari, extitit quidem nostris pro Dei providentia doctissi-

mus episcopus, nomine Salvius[1], qui ita ei in omnibus obviavit, ut ingens ea causa nostris fieret gaudium et expectatio....Sicque adversus eum omnium episcoporum sententia prolata et per singulas civitates super eius nomine decretis constitutis cum ea qua par erat ignominia et dedecore e finibus Galliae eliminatus est[2].

Concilium habitum est post a. 639, quo anno Chlodoveus II. regnare coepit, et ante diem 13. Maii a. 641, quo die Audoenus et Eligius episcopi consecrati esse dicuntur[3].

1) *Immerito episcopis Valentinensibus adnumeratur; cf. Gallia Christ. XVI, 294. Inter episcopos concilii Burdegalensis a. 663—675. subscripsit Salvius episcopus Benarnensis.* 2) *Surius, Historiae seu Vitae SS., vol. XII. December, p. 25.* 3) *Cf. Krusch, Forsch. z. deutschen Gesch. XXII, 469. 470.*

CONCILIUM CABILONENSE.

639—654. Oct. 24.

Codices, quos adhibuimus, sunt hi: Berolinensis 435 (nobis H) fol. 173', quem plerumque in orthographia constituenda secuti sumus, Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 183', Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 125, quos tres libros, ubi inter se consentiunt, littera α notamus, Parisiensis Lat. 1458 (nobis O) fol. 94', Vaticanus Regin. 1127 (nobis V) fol. 156'.

Adferunt concilium in collectionibus suis Crabbius II, 132, Surius II, 874, Sirmondus I, 489.

Inscriptiones concilio in codicibus praefixae sunt hae: In Christi nomine incipiunt canones Cabillonensium (Cabillonensem *B*) α. Incipiunt canones Cauellonensium *OV*.

Synodus habita est post a. 639, quo Chlodoveus II. regnare coepit, et ante a. 654, quo successores complurium episcoporum, qui nostrae synodo interfuerunt, chartae regis Chlodovei II. pro monasterio S. Dionysii subscripserunt (cf. Havet, Questions mérov. V, 52).

Priscis quidem canonibus nuscetur institutum, ut metropolitani cum eorum cumprovincialibus per singulos annos debeant in sinodali coniungi Deo propitiante concilio; sed nunc tam ex commune omnium voluntatem, quam ex evocatione vel ordinatione gloriosissimi domni Chlodouei regis pro zelo religionis vel ortodoxae fidei

27 noscitur H^bOV, nascitur *B*, cavetur *Crab. in marg.* institutis *B* ut] et α metropolitano *HA* 28 coniungi] *O*, coniungere *rel.* 29 voluntate *B* vocatione B^aO 30 gloriosi *V, om. HB* domini *OV* clodouei *B*, chodouei *H* orthodoxae *OV*, ortodoxiae *HA*

dilectione in Cabillonense urbe in ecclesia sancti Uincenti pariter conglobati ipsius sancti martires intercessione poscentes, ut pro longevitate supra dicti principes suo suffragio mereremur et inspiratione divina, quod de canonibus interveniente signitia fuerat aliquid pretermissum vel per neglegentiam aut per ignorantiam vitiatum, in pristinum statum, sicut dudum fuerat a sanctis patribus statutum, deberit auxiliante Domino Christo reformare:

I. Ita omnes una conspiratione et connibente animo sentientes definivimus, ut fidei normam, sicut in Niceno concilio pia est professione firmata vel a sanctis patribus tradita atque ab ipsis exposita vel in postmodum a sancto est Calcidonense concilio firmata, in omnibus et ab omnibus conservetur.

II. Canonum vero statuta ab omnibus intemerata serventur.

III. Licet iam prioribus canonibus fuerat statutum[1], sed tamen placuit renovare, ut, si quis episcopus, presbyter aut diaconus vel quicumque ex sacerdotale cataloco praeter personas, quae in ipsis canonibus contenentur, cum qualicumque extranea muliere familiaritate habere praesumpserit, que indecora vel adulterii possit afferre suspitione, iuxta statuta canonum ab ordine regradetur.

IV. Ut duo in una civitate penitus uno tempore nec ordinentur nec habeantur episcopi[2] nec res ecclesiae saeva divisione debeant partire[3].

V. Saeculares vero, qui necdum sunt ad clericato conversi, res parrochiarum vel ipsas parrochias minime ad regendum debeant habere commissas[4].

VI. Ut nullus ante audientia res quarumlibet ecclesiarum invadere aut auferre praesumat. Quod qui feceret, ut negatur pauperum habeatur.

1 cabillonensi *B*, cabilonense *O*, cavillonense *V* uincentii *BV* conglobat *HA* ipsi *V* 2 martyres *A*, martyris *BOV* intercessionem *B* longevitate] longeva aetate *OV* principis *BV* suo] suos H^aA, suosque *B* 3 et] ut *V*, *om.* *α* divina—fuerat] divina interveniente de canonibus significaretur, quod si fuisset *edd.* quod] *B*, que *HA*, quae *OV* signitia *emendavimus*, seguitia *B*, signifitia *HA*, significantia *OV* 4 neglegentiam aut per] *OV*, *om.* *α* 5 statutum *AO* sicut] si *B* partibus *HA* statum *H* debet *O*, debere *V*, debeat *Crab.* 6 christo dom. *O* reformari *B*.

7 ita] itaque *Crab.* una—animo] inspirante domino et connivente uno animo *Crab.* una *om. HA* conspirante *B* coibente *O* *add.* domino *ante* animo *α* sentientes *om. Crab.* definivimus] *O*, *om.* *αV* 8 norma *B* in niceno] iniceno H^a, in inicino H^b, inicino *A* sanctis] $\overline{\text{sci}}$ AB^b, scā B^a 9 est] etiam *edd.* 10 ab omnibus] ab hominibus *H*.

11 omnibus] hominibus *H* servetur H^aA, conserventur *B*.

12 canonum *O* fuerit *BO* sed tamen placuit] placuit tamen *edd.* renovari *OV* 13 aut presbyter *OV* cataloco] catuologo *B*, catholico *OV* 14 quae *corr. cum edd.*, quas *codd.* qualecumque *OV*, qualemcumque *HA* 15 familiaritatem *BO* dedecoris vel adulterii *edd.* adulterii *scripsimus*, adulterium *codd.* possit] posita *V* 16 suspitioni *B*, suspitionem *O*, susceptionem *V* degradetur *BV*.

17 in uno temp. *V* nec ordinentur] non ordin. *Sur. Sirm.* 18 nec] ne *OV* ecclesiis *HA* partire] *OV*, partite *HA*, haberi partitae *B*.

